B.9

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE

OPERE BIBLIOGRAFICHE E BIOGRAFICHE

RACCOLTE DAL

Dott. DIOMEDE BONAMICI

di Livorno (1823-1912)

Novembre 1921.

Scanzia S. Chius=8= fila 2= Vol=1.

Digitized by Google

Digitized by Google

GEORGII VIVIANI MARCHESII

FOROLIVIENSIS

Equitis Ordinis S. Stephani

MONVMENTA

Virorum Illuſtrium

GALLIÆ TOGATÆ

Olim Occidentalis Imperij Sedis.

Foroliuij ex Typographia Pauli Syluæ,
Impreſſoris ſumptibus, & Superiorum permiſſu.
Anno MDCCXXVII.

Digitized by Google

Bron. 175.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

IAm de Patria mea Foroliuio, Viriſque Illuſtribus, qui eam vbique Terrarum fama celebrem reddiderunt ſatis egi, ſicut Opere typis Pauli Syluę nupèr excuſo palàm factum eſt. Nùnc reliquum eſſet, vt promiſſis manerem, quibus me ſentio in Epitome Hiſtorię Foroliuienſis ſuperioribus annis edita, obſtrictum, de Gallia Togata prolixè diſſerere, & Heroum geſta, qui in illa ortum ſortiti ſunt, fusè, & diſcriminatim memorare. Verùm id aſſequi nequaquàm potui, varijs obſiſtentibus voto meo cauſis, quę nimis arduam, nèc mediocris, vt opinabar, molis prouinciam oſtenderunt. Primùm ſe ſe obiecit innumera penè Virorum turba, quę calamum meum diù remorata eſt, mòx indigeſtę materię aceruus, nèc ſatis comperta ſingulorum officia, ac merita deterruerunt; quę cum dimetiri non ausìm, hęſi propterea àn à conſilio deſiſterem, àn paucos dumtaxàt excerperem, quos ob virtutum pręſtantiam intèr cęteros eminere iudicaui. His non minora certè acceſſerunt impedimenta, cum vel ignotas admodùm ętates ordinis conſonantiam abrumpere, vel nonnullos tanta argumenti inopia laborare animaduertam, vt prætèr nomen nihil ab iniuria temporum euaſiſſe videatur. Haùd iniucundum tamèn fore maiora licèt expectantibus exiſtimaui, ſi paucorum monumenta, non quidèm ſicùt Scriptor, ſed velùt Delineator ingentis Operis attingam leuitèr; quę verò qualiſcumque fuerit feſtinata iſthęc cura mea, Hiſtoricæ eruditionis ſtudioſos immaturi

ſętus non pigebit; Etenim eadem, & alia plurima, non ſolùm, quæ ad contexendas Virorum Vitas pertinent, ſed ad Ciuitatum initia, incrementa, & vices, quas ab inconſtanti Fortuna paſſæ ſunt exarandas, niſi mihi infirmæ deficient vires, in lucem edam. Conceptam interim Ideam iuuet proferre in medium, & argumenta Heroum exhibere, de quibus, alijſque multis vſquè adeò incompertis fortè polixior futurus labor eſt, ſi quæ abdita ſunt, & tumultuariè allata, illorum, quorum intereſt lumine, ac ſubſidio depromentur.

PROTESTATIO AVCTORIS.

IN obſequium, & obedientiam editi, declarati, & confirmati Decreti per ſa. me. Vrbanum VIII. Pont. Max. ſub annis 1625., 1631., & 1634. fateor, & proteſtor omnia, quæ ad Sanctorum, vel Beatorum cultum, miracula, ac opinionem Sanctitatis pertinent, hiſque in Monumentis attinguntur, me hiſtorica tantùm narratione expoſuiſſe, nèc ijsdem aliam fidem, quàm rebus humana auctoritate fultis adhibendam, quod quidèm ab omnibus nullo alio, præterquàm hiſtorico ſenſu, ac pondere accipiendum eſſe iterùm, atque iterùm poteſtor.

DE GALLIA TOGATA.

INtrà quos fines iaceat Gallia Togata, quot Nomina in æuis minùs tenebroſis ſortita ſit, quas Nationes, & Populos poſt alluuionem Terrarum Orbis propagandos exceperit, quibus Tyrannis, & Regibus intèr varios bellorum caſus obſequium præſtiterit, paucis complectar. Illam ad Orientem à Piceno Metaurus partitur, ad Occidentem Scultenna, Amnes, à Gallia Ciſalpina diſterminant; Apennini ad Meridiem obſępiunt, & ab Etruria ſeiungunt; ad Septentriones autèm Adriaticum Pelagus, & æſtuaria eam alluunt, clauduntque. In amęnam, latiſſimamque planiciem excurrit ad Superi vſque Maris littora; ſed campi ad Auſtrum vergentes, ſensìm in lenes excreſcunt colles, mox in nemoroſos montes, & tandèm in confragoſas, & immanis formæ cautes aſperantur. Nil in felici Regione deſideratur humanis vſibus, delicijſque; Arbores nempè, & omnis generis fructus vbique cernuntur; beata tritici, & ſegetum copia luxuriatur: vina, oleæ, & poma egregia colliguntur: amęna paſcua armentis, & acribus equis panduntur, & virent. Fęcundos interſecant, rigantque agros Padus, Rhenus, Santernus, Senius, Anemo, Montonus, Ronchus, Sapis, Rubicon, Ariminus, alijque plurimi minoris famæ Amnes, qui ab Alpium dorſo deſcendentes, & per montium anfractus ſinuoſis flexibus obſtrepentes, aut recto curſu feſtinant ad Mare, aut in plaudes cadunt. Ipſa etiam loca, quæ inutilia videntur, ſeù ob graue Cęlum, ſeù ob humilis naturam ſoli, in perpetuam vtilitatem vertuntur. In Ceruienſi

Agro, felici ſanè Incolarum induſtria, maris aquæ per incilia sìc deriuantur, vt paſsim ſtagnent, quos quidèm labores non alibì meliùs compenſant æſtiui ſoles, quo tempore ingentes perfecti ſalis acerui concreſcunt, magno Principis, & Populi emolumento. Cymacli Æſtuaria tùm piſcium multitudine, tùm mira piſcandi arte celebrantur, neque impar vtilitas, & deliciæ indè à Piſcatorum vberrimo prouentu ſuccedunt. In Rauennati ora Pineum nemus latiſſimè conſurgit, non modò venationibus opportunum, ſed & lignorum, & fructuum copia intèr celebriores Europæ Syluas memorandum. Montes fodinas habent ſulphuris, ac metallorum, à quibus & verſicolorum marmorum ſegmenta trahuntur, nèc non balnea, & ſalubres aquæ promanant. Cętera Regionis nomina remotioris vetuſtatis caligini relinquimus, quatuor tantùm noſtris ſęculis proximiora referemus. Etenim cum Galli ad Italiæ Regnum adſpirantes, eo Regionis tractu potiti, quem Tuſci intèr vtrumque Pelagus occupabant, illos trans Alpes abegiſſent, & cis, & vltrà Padum imperarent, Romanorum virtutes, & mores ſecuturi, Togas ad talos vſquè fluentes induerunt. Ab huiuſce veſtis vſu, Prouincia hæc Galliæ Togatæ nomen ſumpſit; Flaminiæ, & Æmiliæ denominationem mox nacta eſt, auctoribus C. Flaminio, & M. Æmilio Lepido, cum alter eorum lapidibus ſtrauiſſet viam Roma Ariminum ducentem, alter illam Arimino Placentiam protuliſſet. Tandèm Romaniola vocata eſt ob inconcuſſam fidem Romanæ Eccleſiæ periclitantibus rebus comprobatam, quod nomen redolens dignitatem, & gloriam à Leone III. Pont. Max.,

(6) & Carolo

& Carolo Magno reportauit. Qui verò mortalium primi, poſt humanum Genus, omnium Terrarum inundatione, ferè deletum, creſcentem prolem in eam inuexerint, haùd ſatìs compertum eſt, cum priſca monumenta in tenebris remotiſſimarum ætatum deliteſcant. Sunt, qui tradunt Gomerum Gallum Iapheti filium anno à cataclyſmo 141. ad oſtia Tiberis natos, & nepotes in Latium expoſuiſſe; Alij, antè omnes Gentes, quarum non conſenuerit memoria, Siculos iura Italiæ dediſſe crediderunt, & illorum aduentum, confuſis vocibus, tenoribuſque linguarum vniuerſi Orbis, contigiſſe. Poſt Siculos tenuere Regnum Aborigenes, vel Oenotrij, à Rege Oenotro sìc vocati, quorum Vrbes nullo mœnium circuitu vallatas Plinius 300. numerauit. At cum Pelaſgi, qui Vmbrorum conſortes autumantur, alijque Græci in Italiam appuliſſent, Siculis eliminatis, oppida priùs immunita, circumductis murorum vallis firmauerunt. Lydi Pelaſgos abegere, à quorum Rege Tyrrheno Tyrrheni, deindè à Sacrificij ritu Tuſci appellati ſunt. Hi ſuperatis Apenninorum iugis, vltrà Padum domicilia transferentes, Adriam à fundamentis excitarunt, vndè Mare ſuperum nomen mutuatum eſt. At procedentibus annis maiora animo voluentes, in Pelaſgos, & Vmbros, qui Ciſpadanam Regionem incolebant, vìm fecerunt, eoſque vltra Æſij amnis ripas detruſere. Dum hac Regione Tuſci ſumma tranquillitate potirentur, & Romæ regnaret Tarquinius Priſcus, prolifica Gallorum Gens, quæ nimis prægrauante Gallias multitudine, ampliſſimis licèt finibus contineri nequibat, ſub Belloueſi ductu, ad conquirendas nouas ſedes in Italiam

 irruit.

irruit. Hæc Alpinis Populis ſubactis, Tuſcos à ſupero, inferoque mari, vſquè ad extremos Pedemontis ſaltus iura dantes profligauit, & Inſubriam ſuæ poteſtatis fecit. Quo victoriæ nuncio confirmati affines Galliarum Populi ex Alpibus certatìm deſcenderunt, Ananes primùm, deindè Egones, & nouiſſimi omnium Senones, qui ſecùs oras Adriaci maris Regnum ſuum poſuere. Hìc locis egregiè communitis, inflati viribus plurimæ Iuuentutis, & rerum fælicitate freti de Imperio non dubitarunt cum Romanis præliari, quibus cum vniuerſi Orbis ditionem paraſſent Fata, poſt atrociſſimas, cruentaſque clades Ciſapennina Gallia ad Quiritum nutus deuenit an. ab Vrbe condita 563. Tùnc in Prouinciæ formam redacta eſt, & Prætorum adminiſtrationi credita, ſub quibus non modò præterita damna ſarciuit, ſed pluribus ad Coloniæ, & Municipij decus Vrbibus eleuatis, ad id maieſtatis, & amplitudinis euecta eſt, vt à M. Tullio meritò *flos Italiæ, firmamentum Imperij Populi Romani, & fundamentum dignitatis* appelletur. Magnas tamèn ærumnas pertulit, in eam debacchantibus Syllanis copijs, quòd Marij partes confouiſſet. Tandèm à Iulio Cęſare oppreſſa Almæ Vrbis libertate illius, & Succeſſorum fortunæ paruit, donèc viguit Imperij maieſtas, quæ poſtquàm cępit infirmari, an. præſertìm Sal. 256. à veteris fidei conſtantia declinauit. Collapſam Imperij dignitatem Conſtantinus magnus inſtaurauit, cui, & poſteritati hæc Regio obſecuta eſt. Poſt obitum Theodoſij an. 395. diuiſis intèr Archadium, & Honorium Regnis, placuit minori natu Occidentalis Imperij Sedem Rauennam eligere, & frequentia populi, & munitione loci hoc decus ſanè

 prome-

promerentem. Diù Honorius vexatus eſt ab Athalarico, & Radagaiſo Gothorum Regibus, quorum primum in Imperio Collegam inuitus accepit, antequàm naturæ concederet an. 423. Ioannes Prætorij Pręfectus Rauennæ Imperator ſalutatus eſt; ſed non diù poſt ab armis Gręcorum interfectus, Valentiniano Archadij Nepoti reliquit locum, qui trigeſimo ſuæ adminiſtrationis anno, Sal. 455. enecatus occubuit. Maximus huius necis auctor tiaram auguſtalem ſumpſit, ac vt tyranidem malè tutam fulciret, Eudoxiam Valentiniani Viduam ad ſuas nuptias reluctantem compulit. Hanc mulier iniuriam ęgrè ferens Genſericum Vuandalorum Regem vltorem vocauit, qui Romam ingentibus copijs ingreſſus eſt, & inuaſorem oppreſſit, ac peremit. Auitus Cęſar Aug. appellatus, poſt varias illudentis fortunæ vices poſtero anno vita exceſſit. Rauennates nè Imperij ſede, quam ſummis ſtudijs appetebant, à Populo Romano priuarentur, Fl. Iulium Valerium Maioranum Auito ſubſtituerunt. Is in Genſericum, & Theodoricum Gothorum Reges ſecundo marte dimicauit, ſed an. 461. poſtquàm victis dediſſet pacem, Seueriani dolo extinctus eſt. Seuerianus partum per ſcelus Imperium haùd diù poſt amiſit, & meritam flagitij, veneno ſublatus, pęnam luit. Anthemius Cęſareo paludamento decoratur, ſed tandèm Ricemeris inſidijs proditus, ac iugulatus infauſtè ſuos dies clauſit an. 472. Interea Olybrius à Leone Orientis Cęſare ad ſuſtinendam Anthemij fortunam miſſus, cum intempeſtiuè aduenifſet, occupauit quidèm Imperium, ſed quarto menſe occumbens, eum ſecutus eſt. Glycerius ſenator Rauennas, militum ſuffragijs ad ſo-

lium euectus , breuiſſimè imperauit , nàm à Iulio cognomento Nepote fuit deturbatus. At non multò poſt in Imperiali ſede Oreſtes Patritius Romulum Momyllum filium eo abacto collocauit. Is ob pueritiam , in qua tùnc erat , Auguſtulus appellatus eſt: Mòx verò ab Odoacre Herulorum Rege Rauenna capta, deindè Roma , vbì Romulus metu perculſus conuolauerat, exutus purpura in Lucullanum abijt an. 476., quo exitu Cęſarum nomen apùd Italos, & Tranſalpinos venerandum obſoleuit. Odoacer Sedem Rauennæ conſtituit, ſed demùm à Theodorico Oſtrogothorum Rege fatigatus, eum recipere in Regni conſortium coactus eſt. Cęterùm breui ab infido ſocio deceptus, Regni , & vitæ iacturam fecit. Theodoricus vniuerſa Italia potitus an. 493. illam annos tres, & triginta nullis tumultuum fluctibus iactatus gubernauit. Decedenti ſucceſſit Athalaricus ex Amalaſuenta filia natùs, qui Venere , & temulentia confectus , adhùc adoleſcens, interijt an. 534. Orbata Mater Virum delegit Theodatum , qui cum ſibi prauos mores exprobrari non ferret, Vxorem è medio ſuſtulit , odiumque , & arma in ſe Iuſtiniani Imperatoris Beliſario Duce prouocauit. Gothi infortunia cuncta Theodati inertiæ tribuentes, Vitigem Regem proclamarunt; quo tandèm ſuperato , & Rauenna in fidem adducta , Beliſarius an. 539. ab Italia diſceſſit, eamque Preſidibus regendam concredidit. Totilas Rex à Gothis conſtitutus, ad obſequium ſuùm compulſis pleriſque Italiæ Prouincijs, deperditum ferè ſuæ Gentis barbarum decus innouauit. Id Cęſar tulit ægerrimè , ac Narſetem validis cum copijs miſit , qui Totilam ſignis collatis profligauit,

deuicitque non multò poſt tempore Theiam, in quo metuendum Gothorum nomen, & Regnum deletum eſt an. 552. At cum Iuſtinus Iuſtiniano ſuffectus falſis obtrectationibus aures præbuiſſet, & Narſetem Italica adminiſtratione exauctoraſſet, Narſes iniuria percitus Alboinum Longobardorum Regem in Italiam pellexit, concitata in illo regnandi libidine an. 567. Breue tamèn fuit eius Regnum, nequè abſimili fortuna Clephis ſucceſſor ſceptrum contrectauit, ambo ſcilicèt ob duros mores, trucesque modos à militibus interfecti ſunt. Regalis propterea poteſtas in triginta Duces diuiſa ſublata eſt: Cum verò Iuſtinus prouidè expeditionem huiuſmodi animo agitaret, Longino commiſit Exarchi titulo inſignito, vt deficientes Vrbes ad priſcam fidem reuocaret. Longobardi ad inſtaurandas diſtractas vires intenti, imperio Ducum abrogato, iterùm regium nomen ſuſcitarunt. Nec illi, nec ſucceſſoribus Exarchis curæ, & bella ferè perpetua cum bellicoſa Gente defuere. Eutychius omnium nouiſſimus Exarchatum tenuit; quippè Aiſtulphus Longobardorum Rex comperta virium eius imbecillitate, Rauenna facili certamine potitus eſt; quo exitu non ſolùm magiſtratus ampliſſimi dignitas, ſed munus illud omninò defecit an. 755. Stephanus III. Pont. Max. Aiſtulphi armis circumſeptus Pipini Francorum Regis opem implorauit, qui non modò Inuaſoris conatus retudit, ſed Exarchatum Rauennatem Rom. Eccleſiæ reſtituit potiùs, quàm dono dedit. Cum verò Deſiderius poſt Aiſtulphum regnans D. Petri iura diſtraheret, a Carolo Pipini filio nihil à paterna virtute degenere, Ticini obſeſſus, & captus eſt an. 774., & ſe-

cum Longobardæ Nationis Regnum, eo vſquè per Italiam formidabile, deſijt. Leo III. benemerentis Caroli geſta reſpiciens, eum Cęſarem Occidentis, & Pipinum filium Italiæ Regem renunciauit anno 801., qui Regni Metropolim Rauennam conſtituit. Illi verò in Imperio, & Italico Regno Poſteritas regia ſucceſſit, qua imperante, Gallia Togata Pont. Maximis fidelitatis ſacramentum præſtabat, ſed Regibus obtemperabat, & portoria ſoluebat. At abſentia Gallorum Regum ſensìm factum eſt, vt Populi deſpicientes infirmas Eccleſiæ vires, poſt Caroli Craſſi interitum ſe ſe in libertatem vindicauerint, & propagandorum finium cupidi, cruentis bellis inuicèm digladiati ſint. Plerique tamèn inconſtanti ſorte in Gallia regnarunt, Guido Spoleti, Berengarius Foroiulij Duces, Ludouicus Prouinciæ Comes, Lambertus Spoletanus, Rodulphus Borgundionum Rex, Vgo, & Lotharius Arelatenſium Comites, Berengarius II., & Adelbertus, quos duos poſtremos Italiam duro Imperio prementes Otho Rex Germaniæ an. 951. compeſcuit, & vltus eſt. Per hanc, & poſteras ætates multæ in Summorum Pontificum, & Cęſarum Regnis vices contigerunt, vt Flaminiæ Vrbes ab illorum obſequio non ſemèl refugere auſæ ſint. Ad Imperij tandèm partes acceſſerunt, furente in Alexandrum III. Friderico Cęſare, qui Cęſenæ, & Brittinorij moratus eſt interdùm. Innocentius III. res Eccleſiæ collapſas reſtituit. Cum verò intèr Fridericum, & Gregorium XI. ſimultates recruduiſſent, Guelpha, & Ghibellina ſectæ, quæ ſub Chunrado II. prodierant, inualuerunt an. 1241., & ſequentibus æuis tàm fędè Italiam cruentarunt,

Digitized by Google

vt non facilè decernendum videatur, àn plura ab illis damna, àn à Barbarorum ſęuitie conſecuta ſit. Cum tandèm Clemens V. in Gallias Pontificiam Aulam tranſtuliſſet, Optimates Ciuitatum ſeù vi, ſeù fraude, Ludouici præſertim Boi, Cęſareum nomen affectantis potentia ſuffulti, ſibi dominium aſciuerunt. Sauciatam Pontificum auctoritatem ſanauit Ægidius Albornotius, abdicans Ditione, & ad fidem compellens Perduelles; hinc factum, vt poſteris ætatibus Regio Sanctæ Sedi directo iure, fiduciario autèm primis Familijs paruerit; Ferraria ſcilicet & Cymaclum Eſtenſi, Ariminum, Cęſena, Ceruia, & Piceni pars Malateſtæ, Bononia Bentiuolæ, Rauenna Polentanæ, Forumliuium, & Forumpòmpilium Ordelaphæ, Fauentia Manfredæ, & Imola Alidoſiæ, quæ Stirpes admodùm inconſtantes, modò integerrimæ obſequio, modò à fide reſilientes, ciuilibus motibus aperuerunt aditum, cędibuſque bellorum. Sublatis veteribus Dynaſtis Cęſar Borgia Flaminiam vſurpauit an. 1500. Verùm tyrannide Borgiana euerſa, Iulius II. Pont. Max. Foroliuium, & Cęſenam obtinuit, Bentiuolos Bononia detruſit, & armis Venetos inſectatus eſt acerrimè, qui Rauenna, Ceruia, Fauentia, Arimino, & Sarſina, quibus potiebantur, ſe ſe abdicarunt an. 1509. Mox graue bellum in Gallos ſuſtinuit, qui exinopinatò in Rauennam irruentes, eam miſerandum in modum diripuerunt. In Pontificum ſucceſſorum Regno Flaminia aùt nihil, aùt parùm paſſa eſt: Sub Clemente VII. indemnis Cęſareum exercitum ad Romæ excidium conuolantem vidit; ſub Clemente VIII. motibus armorum obſtrepuit, qui Ferrarien-

ſem Ducatum Rom: Eccleſiæ pepererunt, quemadmodùm Caſtrenſem ſub Vrbano VIII. Nupèr ſub Clemente XI. Cymacli cum piſcoſis plaudibus iacturam fecit, quod tamen Carolus VI. nùnc felicitèr Imperium gerens, D. Petro reſtituit. Claudit Æmilia Ciuitates, Oppida, & Caſtra magnæ celebritatis plurima: Duodecim Vrbes Epiſcopio fruuntur, in quibus Bononia, & Rauenna eminent Metropolitana dignitate. Cęteræ, quæ extant, ſunt Ariminum, Brittinorium, Ceruia, Cęſena, Cymaclum, Fauentia, Ferraria, Foroliuium, Imola, & Sarſina. Erant olìm æquè clari nominis Vrbes Claſſis, Conca, Spina, Vicohabentia aliæque, quarum vel rudera tempus edax abſumpſit. Vici autèm, Pagi, & Caſtra ferè innumera, quæ paſsìm erecta vetuſtatem referunt, Incolis tùm ad literas, tùm ad arma natis redundant, vt nihil felicitati ſoli, clementiæ aeris, & ſtrenuè Populorum indoli deſiderari poſſe videatur.

DE SANCTIS

CAPVT I.

SS. GERVASIVS, ET PROTHASIVS Rauennę nati D. Vitali Mediolanenſi Patre, Chriſtianæ legis tyrocinia à Gentium Apoſtolo acceperunt. Poſtquàm verò in ſolitudine dies traduxiſſent, terreſtribus neglectis bonis, & ſupernis tantùm inhiantes, anno 57. Reparationis noſtræ pro Chriſto necati ſunt [1].

S. RVFFVS Patricius, Exconſul, & Rauennatis militiæ Ductor, à Diuo Apollinari ad Chriſti militiam euocatus, Capuæ Epiſcopus conſecratus eſt, vbì ſub Meſſalino Neronis Præfecto martyrium pertulit 26. Auguſti an. Sal. 80. (2).

SS. VITALIS, & AGRICOLA Bononienſes, cum Ethnicam inſaniam, & Euangelij veritatem prędicarent, alter cruci affixus, alter poſt ſęuiſſimos cruciatus 4. Nouembris mortalem vitam reliquerunt [3].

SS. CRISPINVS, MARTHANVS, FELIX, ET ÆMILIVS Rauennates, immarceſſibiles, & inuidendas martyrij palmas, ab inimicis Chriſtiani cultus trucitèr exagitati, meruerunt (4).

S. PROCVLVS Rauennas, Syrius origine, à cęleſti Columba Patriæ Antiſtes electus eſt. San-

[1] *Rubeus in Hiſtor. Rauen. lib. 1. pag. 26.* (2) *Idem lib. 1. pag. 27. & 31.* [3] *Gherardac. in Hiſtor. Bonon. part. 1. lib. 1. pag. 13.* (4) *Rubeus lib. 4. pag. 188.*

ctiſſimè vixit, & migrauit ad Superos anno Virginei Partus 142. Dormit in Metropolitano Templo [1].

SS. FVSCA, ET MAVRA Rauennates, illa domina, hæc nutrix ſub Quintiano Decij Legato tormenta, & necem 13. Februarij, an. 254. mirantibus ipſis tortoribus muliebre robur, ſuſtinuerunt. Torcelli iacent (2).

S. PROCVLVS Bononienſis Eques, Maximiliano in Fideles ſęuiente obtruncatus eſt 1. Iunij. Ferunt eum caput ſecuri Carnificis abſciſſum, ſolo prolapsũ, ſuis manibus arripuiſſe, & ad eum locum mirè detuliſſe, vbì nùnc eius nomini Templum erectum eſt [3].

SS. ÆGEVS, CAIVS, ET HERMES Bononienſes, in eadem perſecutione Chriſtiani nominis, capti, & efferè laniati, feliciſſimam mortem, æternę vitæ initium, ſubierunt (4).

SS. VALENTINVS, CONCORDIVS, NOVALIS, ET AGRICOLA Rauennates, Chriſti Fidem, & dogmata profitentes conſtantiſſimè, ſupernam gloriam ſanguinis effuſione conſecuti ſunt (5).

S. ILLVMINATA Rauennas varijs à Deo ſignis illuſtrata, poſtquàm oculorum, paritèr & Spiritus lucem, Euangelicamque ſapientiam Parentibus ſuis Martiano, & Flabianæ, in Idolorum impia Religione obduratis, à Patre miſericordiarum impetraſſet; dùm in Marthana Ciuitate in diuino obſequio, & mandatis vnà cũ eis perſiſteret, à crudeli Præfecto in vincula conie̊cta eſt. Ibì autẽ vnanimes intèr carceris an-

(1) *De Fabris in Memor. Sacr. part. 2. pag.* 404.
(2) *Rubeus lib. 1. pag.* 39. (3) *Martyrol. Rom. Calend. Iunij. Gherardac. part. 1. lib. 1. pag.* 14.
(4) *Martyrologium Rom. Prid. Non. Ianuarij.*
(5) *Rubeus lib. 2. pag.* 459.

[16] guſtias,

guſtias, ſupernam opem flagitantes, & pſallentes, eodem momento à corporeis nexibus ſoluti, ad cęleſtem libertatem euolarunt 31. Nouembris an. 303. (1).

S. SEVERVS Rauennas cùm ſacrificare mendacibus Dijs recuſaret, ſub Maximiniano Auguſto decollatus eſt an. 304. Eius corpus in Orbito requieſcit, & colitur (2).

SS. VICTOR, ET CORONA Ariminenſes cùm Ieſum verum Deum faterentur, caducam vitam in immortalem, ſanguinis pretio comparatam, commutarunt (3).

S. INNOCENTIA Ariminenſis, minis Inſectatorum Chriſtianæ legis paruifactis, & ſexus imbecillitate victa, vtrumque latus transfixa, orans emiſit ſpiritum 17. Septembris [4].

SS. IOVENTINVS, FACVNDINVS, PEREGRINVS, ET FELICITAS Ariminenſes, ſanguine, & martyrio germani, mortem pro Chriſto inſigni conſtantia tulerunt. Iacent eorum cineres in Cathedrali Patriæ [5].

SS. THEODORVS, ET MARINA Ariminenſes temporalem vitam neglexerunt, vt ſempiternam nanciſcerentur. Iſti Martyres in D. Auguſtini recoluntur (6).

SS. VENEREVS, ET LANFRANCVS Ariminenſes, cum multos ad Chriſti ſequelam adduxiſ-

(1) *De Fabris part. 1. pag.* 264. (2) *Rubeus lib. 2. pag.* 43. (3) *Clementin. in Hiſt. Arimin. part. 1. lib. 2. pag.* 127. [4] *Idem part. 1. lib. 2. pag.* 128. (5) *Idem part. 1. lib. 2. pag.* 128. [6] *Idem part. 1. lib. 2. pag.* 129.

ſent, tranſeuntibus pęnis inconcuſſo corde tolerantis, cęleſtem beatitudinem adepti ſunt (1).

SS. NICANDER, CARDRVS, BLASTRVS, DOROSTRVS, PHION, AHÆNA, ET VPHICES, omnes non modò Rauennæ nati, ſed fratres, & in martyrio Collegæ 18. Iunij an. 310. ad Patriam ſupernam feſtinarunt [2].

S. EDYSTIVS Rauennas mortem pro Ieſu ſuſtinuit 12. Octobris an. 310., certum beatæ immortalitatis pignus. Sepultus eſt in Via lauretana (3).

SS. FELICIANVS, ET VICTORINVS Rauennates, ſe Chriſti ſequaces profitentes, & corporis ſupplicia contemnentes, martyrij coronam meruerunt 11. Nouembris an. 310. [4].

SS. VALENTINVS, SOLVTOR, ET VICTOR Rauennates, cum eorum felicitati inuiderent, qui pro Chriſtiana lege necati fuerant, ęternam vitam ſanguinis erogatione coemerunt 13. Nouembris an. 310. (5).

SS. VINCENTIA, ET INNOCENTIA Rauennates, illa D. Seueri Coniux, hęc Filia, ambæ antè Virum, & Patrem ſanctiſſimè deceſſerunt. Cum autèm Seuerus iuſta Innocentiæ perſoluens, ſublato Sepulchri lapide, Vxoris corpus paſsim extenſum, diſruptumque inſpexiſſet, ei iuſſit vt membra componeret. Vincentia ad Seueri nutum, ſtupentibus qui circùm adſtabant, ſe collegit, & Filiæ locum reliquit. SS. Mulierum cineres in Herfor-

(1) *Clementin. part. 1. lib. 2. p. 129.* (2) *Rubeus lib. 2. pag. 45.* [3] *Martyrol. Rom. ſub 12. Octobris.* (4) *Rubeus lib. 2. pag. 45.* (5) *De Fabris part. 1. pag. 387.*

dienſi

dienſi Templo Maguntinæ Diœceſis aſſeruantur (1).

S. ERACLIANVS Rauennas, Vir inculpabilis, ſanctęque vitæ, Piſaurenſis Eccleſiæ Antiſtes renunciatus eſt an. 347. Tandèm dies pijſſimè traductos felici, & beato exitu concluſit 9. Nouembris [2].

S. SEVERVS Rauennas, conditione Lanarius, à Sancto Spiritu ſub Columbæ ſigno Archiepiſcopus electus, & ſuperna ſcientia diuinitùs eruditus eſt. Tandèm poſtquàm annos quatuor, & ſexaginta, ſicùt religioſiſſimos Antiſtites decet, Patriam ſanctè rexiſſet, & Sardicenſi Concilio interfuiſſet, cognita per cęleſte lumen imminentis mortis hora, ſacris myſterijs de more celebratis, 1. Februarij an. 348. in tumulum deſcendens, medius intèr Cadauera Vxoris, & Filiæ, flexis genibus animam Deo reſtituit [3]. Pars eius corporis ex Herfordienſi Templo, Maguntini Electoris dono, elapſis annis Patriæ ſuæ reddita in D. Apollinaris requieſcit.

S. IVLIANA DE BANCIS Bononienſis Vidua, in lucem venit an. ab Incarnatione 358., & poſt multa integerrimæ, & admirandæ vitæ exempla, 7. Februarij ab eadem ad felix, ſempiternumque æuum migrauit [4].

S. SVLPICIVS Ciuis, & Archidiaconus Rauennas Diuam Vrſulam, & Socias Virgines cupiens mori pro Chriſto ſecutus eſt, & à militibus Athilanis coronam martyrij retulit, vt in Speculo

(1) *Rubeus lib. 2. pag. 52.* (2) *Vgbell. in Ital. Sacr. Tom. 2. in Epiſc. Piſaur. num. 3.* (3) *Rubeus lib. 2. pag. 52.* [4] *Martyrol. Rom. 7. Idus Februar.*

ſuo Hiſtorico Vincentius Belluacenſis memoriæ màndauit (1).

S. PETRVS, cognomento CHRYSOLOGVS, Patria Forocornelius, non Ràuennatis Cleri ſuffragijs, vt tùnc moris erat, ſed Sixti III. Pont. Romani auctoritate, quem Apoſtolorum Princeps in ſomnijs præmonuerat, Archiepiſcopus Rauennas dictus eſt an. 433. Eum Valentinianus III. Imperator ſummo in honore habuit ob ornamenta doctrinæ, & ſanctitatis; poſtquàm autèm ſuæ, & vniuerſæ Eccleſiæ opera, & conſilio profuiſſet, in Domino requieuit an. 450. Forocornelij expectat reſurrectionem carnis (2).

S. DONATVS, *S.* Petri conciuis, Patriæ Archidiaconatum tenuit, & ſanctimonia decorauit. Tandèm plenus meritis, ab hac terreſtri ad ſupernam manſionem profectus eſt an. Chriſti 453. (3).

S. PLACIDIA Rauennas, parentibus Valentiniano III., & Eudoxia Theodoſij iunioris nata, florentes annos in Aphrica traduxit, magna innocentiæ, & pietatis laude, non humanis, ſed diuinis nuptijs deſtinata. Cum tandèm ſacra *Syriæ* loca peragraſſet, & Venetias aduerſo ventorum impetu appuliſſet, ſuperno conſilio Veronam acceſſit, vbì clara miraculis 1. Octobris, contemptrix mortalis Regni, ad immortale profecta eſt. Colitur in D. Stephani (4).

S. SEVERINVS Rauennas, Noricos Chriſtianæ legis myſterijs inſtituit, & intèr nemorum ſilentia

(1) *Rubeus lib.* 2. *pag.* 100. [2] *Idem lib.* 2. *pag.* 108. [3] *Manzonius in Hiſtor. Epiſc. Imol. pag.* 19. [4] *De Fabris part.* 1. *pag.* 293.

deceſſit

deceſſit 8. Ianuarij an. 482. Neapoli iacet in Caſſinenſi Templo (1).

S. PROIECTVS Forocornelianus Epiſcopus, & Ciuis, pro S. Cœleſtino I. in Epheſino Concilio Pontificius Legatus extitit, & in Domino obdormiuit an. 483. (2).

S. OLYBRIVS Rauennas, diſciplina Monachus, poſtquàm in ſolitudine cum filijs Iunio, & Eumonio ſanctiſſimè vixiſſet, à mortalibus abijt, Theodorico Italiam moderante [3].

S. PETRVS Rauennas, Patriæ Archiepiſcopus, qua incomparabili zelo, & probitate adminiſtrata, caducum corpus reliquit terris, nunquàm perituram vitam initurus an. 503. Sepultus eſt in D. Iacobi ad fontes (4).

S. ECCLESIVS DE PRÆFECTIS Rauennas, conciues ſuos optimus Antiſtes rexit, & ſibi concreditam Eccleſiam ab Arianorum perfidia tutatus eſt. Poſtquàm, Theodorico Rege extincto clara pietatis monumenta reliquiſſet, Templis vel reſtitutis, vel ornatis, an. 541. migrauit ad Chriſtum [5].

S. VRSICIVS Rauennas, Eccleſij Succeſſor, & virtutum imitator egregius an. 545. requieuit. Apud Anteceſſoris corpus dormit in D. Vitalis [6].

S. SEVERVS DE PRÆFECTIS Rauennas in Interocrina Valle ſolitariam, & innocentem vitam duxit, mortuum ad vitam reuocauit, & intèr experimenta ſanctitatis occubuit 15. Ianuarij [7].

[1] *Rubeus lib. 3. pag. 121.* (2) *Anton. Maria Manzonius pag. 27.* [3] *Rubeus lib. 3. pag. 137.* (4) *Idem lib. 3. pag. 133.* (5) *De Fabris p. 1. p. 253.* [6] *Rubeus lib. 3. pag. 157.* (7) *Idem lib. 3. p. 155.*

S. TEREN-

S. TERENTIVS Imolenſis Leuita, & Ciuis; ſanctimonia, & ſignis clariſſimus, humanos declinans plauſus, in Eremum ſe recepit, vbi tandèm Angelo de Cęlis nuncio diſſolutionis eius, hanc in æternam vitam commutauit an. 550. Iacet Fauentiæ in Templo eidem ſacro (1).

S. CASSIODORVS Rauennas, Theodorico Regi à ſecretis, ſub Athalarico Senator, Exquęſtor Sacri Palatij, Exconſul, & Magiſter officiorum, Præfectus Prætorij Italiæ, & Patricius, cum extinctis Regibus ſui Iuris factus, monaſticam cucullam induiſſet, in Viuarienſi Cęnobio ſanctè dies terminauit an. 575. Fuit ingenti doctrina præditus, & ſcripſit eruditiſſimè *Hiſtoriam Gothorum: Commentarium de Anima: Epiſtolarum libros duodecim: Iſagogem ad Monachos Viuarienſes, & Explanationem in Pſalmos* (2).

S. AGNELLVS Rauennas Patria, quam & ſumma integritate Archiepiſcopus moderatus eſt, 1. Auguſti an. 576. à mortalium conſortio exceſſit (3).

S. LEO Rauennas, Catanenſis Antiſtes, ob magnitudinem prodigiorum Thaumaturgus appellatus, intèr alia ſigna seductorem Gentium Eliodorum ſtola mancipatum, in accenſum ignem ſecum raptauit, à quo nequam homo abſumptus, ipſe autèm illęſus egreſſus eſt. Deniquè 780. moriens inceſſit ad Deum [4].

SS. IOANNES, ET BENEDICTVS Rauennates

[1] *Manzonius pag.* 37. (2) *Rubeus lib.* 3. *pag.* 152. (3) *Idem lib.* 3. *pag.* 171. [4] *De Fabris par.* 1. *pag.* 28.

nates ex Ordine Caſſinenſi, intèr Polonos, quos Chriſtianam legem docuerunt, impiè necati ſunt 12. Nouembris an. 1005. Verùm cum Graſſatores abire nequaquàm potuiſſent, mane nudis enſibus reperti, & in ergaſtulum coniecti, fractis mirabilitèr catenis, Sanctorum Martyrum interceſſione libertatem retulerunt (1).

S. ROMVALDVS, Rauennas, ex DVCVM vel HONESTORVM ſtirpe, poſtquàm Camaldulenſem Familiam inſtituiſſet, ſanctitatis exemplis, & ſignorum gloria claruiſſet, viginti iàm annos prędicta morte, in Valcaſtrenſi cęnobio, Monachis abire, & poſtridiè redire iuſſis, ſolus Deo ſuo ſpiritum reſtituit 19. Iunij an. 1027. (2).

S. BONONIVS, Patria Bononienſis, diſciplina Monachus, dùm Locedenſi Monaſterio ſanctè pręeſſet 29. Auguſti 1027. diem obijt ſupremum [3].

S. GVIDO STRAMBATIVS Rauennas, Abbas Pompoſianus, ſanctitate, & miraculorum fama emicuit. Præ cęteris Martinum Præceptorem ſuum, iàm vita functum, intèr viuos accerſijt, ad mortuos tertia iterùm die rediturum. Deniquè in Oppido S. Donini ad beatam felicitatem emigrauit 2. Aprilis an. 1046. Eius Corpus ab Henrico II. Imperatore in Germaniam delatum, & in D. Ioannis Euangeliſtæ Spirenſis Vrbis locatum eſt (4).

S. PETRVS DAMIANVS Rauennas, doctrina, & morum innocentia clariſſimus, diù monaſticam vitam in Gauiniano Cęnobio, & in Catriana ſo-

(1) *De Fabris part. 1. pag. 73.* (2) *S. Petrus Damianus in eius Vita.* (3) *Bucellinus in Monolog. Benedict. pag. 603.* (4) *Rubeus lib. 5. pag. 283.*

litudine

litudine traduxit; quarum virtutum fama Stephanus IX. Pont. Maximus permotus, eum Cardinalem, Epiſcopum Oſtienſem, & Sac. Collegij Decanum renunciauit. Cum tandèm opera, ac conſilio Rom. Eccleſiæ Dignitatem ſuſtinuiſſet, Fauentiæ correptus morbo in Domino obdormiuit 26. Aprilis an. 1080. Scripſit de *Eccleſiaſtica Inſtitutione, & Simoniacæ Hęreſeos confutatione: Supèr quæſtione ſi Deus ſit: De Proceſſione Spiritus Sancti à Patre, & à Filio: De Officijs Pontificis: De Proprietate Clericorum: De Perfectione Monacorum*, & alia multa, quæ redolent ſupernam ſcientiam [1].

S. IOANNES Rauennas, Caſſinenſis Monachus, ſanctimonia vitæ inclaruit, & operum mercedem an. 1115. moriens comparauit (2).

S. ALDOBRANDVS FABERIVS ex Caſtro Sorbetoli Cęſenatis Agri, Epiſcopus Foroſempronienſis centeſimum ferè annum vidit, & intèr exercitia virtutum, & prodigiorum gloriam dies clauſit 1. Maij an. 1119. Prætèr alia ſigna, quæ in Hiſtoria eius vitæ celebrantur, aſſatæ Perdici ad alliciendam famem ſibi oblatæ, ſigno Crucis vitam, & volatum dediſſe memoratur (3).

S. GVARINVS FVSCARARIVS Bononienſis, ex Canonico Regulari à Lucio II. Cardinalis, & Epiſcopus Prænestinus dictus eſt. Cum deniquè

(1) *Rubeus lib. 5. pag.* 301. - *Alphonſ. Ciaconius in Vit. Card. tom.* 1. *colum.* 813. (2) *Vuion in Append. ad Martyrol. lit.* I. [3] *Claramont. in Hiſtor. Cęſen. lib.* 6. *ad an.* 1119. - *Bernard. Manzonius in Chronol. Cęſenæ pag.* 49.

annos

annos centum, & decem rara felicitate numeraret, 6. Februarij an. 1159. requieuit. Prӕneſte colitur (1).

S. ALBERTVS Bononienſis, ex Ordine Vallisumbroſæ, Abbas Montis armati, refertus meritis an. 1245. ad ſempiterna præmia feſtinauit (2).

S. LVDOVICVS DE CACCIANEMICIS Fauentinus, in eadem Familia Altiſſimo inſeruiuit, & regularis vitæ exemplar ab humanis exceſſit anno 1256. (3).

S. PATRICIVS Bononienſis ortu, & habitu Camaldulenſis, cum treſdecim ſuprà centum annos intèr mortales, ad cӕleſtia ſempèr adſpirans, conſtitiſſet, 2. Iunij an. 1267. æternam requiem ingreſſus eſt. Eius cineres Taruiſij degunt (4).

S. NEVOLONVS Fauentinus, natalibus ſutor, & diſciplina Tertiarius S. Franciſci, poſtquàm precibus, & abſtinentijs aſſiduè vacaſſet, 27. Iulij an. 1280. à mortali vita ad immortalem properauit. Iacet, & colitur in Cathedrali Templo (5).

S. HVMILITAS DE NEGVSANTIBVS Fauentina, Inſtitutrix Monialium Ordinis Vallisumbroſæ, intèr ſpecimina pӕnitentis vitæ, & rerum diuinitùs geſtarum famam, longӕuos dies tranſegit, & obijt Florentiæ 21. Maij an. 1310. Ferunt multiplicaſſe panem, Puerum à morte ſuſcitaſſe, & alia Diuina virtute peregiſſe (6).

(1) *Gherardac. part. 1. lib. 3. pag. 81.* (2) *Vuion. in Lign. Vitæ tom. 2. pag. 169.* (3) *Guiduccius in Vit. S. Humilit. part. 1. pag. 9.* [4] *Bucellinus in Menolog. pag. 415.* [5] *Tonduc. in Hiſtor. Fauen. part. 2. pag. 313.* (6) *Eudoxius Loccatellus lib. 2. cap. 45.*

S. MARGHARITA Conciuis S. Humilitatis, cui in Sanctimonialium Præfectura ſuffecta eſt, illi non diſſimilis ſanctitate, & ſignis ad Cęlum euolauit 25. Auguſti an. 1330. Sępè enim Monaſterij inopiæ conſuluit multiplicatione nummorum, & panis, ac prauam vini penduli naturam in optimam mutauit. Iacet Florentiæ in D. Ioannis Euangeliſtæ [1].

S. BOMERCATVS Ferrarienſis Clericus, iniquè à Satellitibus Patriæ peremptus 19. Maij an. 1378., & poſt necem portentis illuſtratus, in D. Auguſtini requieſcit (2).

S. CATHARINA DE VEGRIS Ferrariæ nata, Cęnobium Corporis Chriſti Bononiæ inſtituit, & virtutum omnium, ac miraculorum ſplendore decorauit. Tandèm ad paratam à Deo electis ſuis gloriam profecta eſt 9. Maij an. 1463., cuius quidèm magnitudinis indicia tùm in vultu fulgetris ſanctitatis circumfuſo, tùm in corpore cęleſtem fragrantiam exhalante ſtatìm patuerunt. Poſtquàm verò exhumatum fuit, ſudorem, ac ſanguinem effuſiſſimè emiſit, & ad Abbatiſſę imperium ſpontè ſedit; in qua adhùc ſella nullis obnoxium temporis iniurijs, integrum, & tanquàm viuens requieſcit (3). Hanc Heroinam Clemens XI. in Diuarum Albo ſolemni ritu deſcripſit.

(1) *Bucellinus in Monolog. Benedic. pag.* 594. [2] *Guarrin. in Comp. Hiſt. lib.* 5. *pag.* 321. (3) *Iacobus Graſſettus in eius Vita.*

DE BEA-

DE BEATIS

CAPVT II.

B. INCOGNITVS Raueñas, verè incognitus quoad virtutum pondus, in Caſſinenſi Familia vixit an. 977. Is & potentibus monitis, & accenſis precibus ad Patrem luminum porrectis, potuit D. Romoaldum tùnc Orbis vanitatibus ſtudentem, ad diuinum obſequium incitare, quæ res æternam eius recordationem fecit [1].

B. MARINVS Rauennas deſerta loca quęſiuit, vt ſibi, Deoque ſeriùs vacaret, primùm in Venetorum ſtagnis, mòx in Aquitania, deniquè in Apulia, vbì à Saracenis martyrij coronam reportauit 8. Auguſti an. 992. [2].

B. SERGIVS DE DVCIBVS Rauennas, felix D. Romoaldi in Sęculo Pater, & in Religione Filius, cum preces, & lacrymas antè Chriſti Imaginem funderet, repentè Spiritum Sanctum tranſeuntis inſtàr vidit, & paucos poſt dies ab hoc Terrarum exilio ad beatam Patriam migrauit an. 993. [3].

B. TEVZO Cęſenas intèr Monacos Caſſinenſes vſquè ad præcipitatos annos vitam egit, mirum exemplar Sanctitatis. Eum D. Petrus Damianus vt Parentem coluit, & vt Magiſtrum in ſpirituali diſciplina ſecutus eſt. Claruit circà decimum ſęculum

(1) *De Fabris in Mem. Sacr. part.* 1. *pag.* 102. (2) *M. Ant. Sabellicus Decad.* 1. *lib.* 3. [3] *S. Petrus Damianus in Vit. S. Romoaldi cap.* 14.

ab Incarnatione [1].

B. OSANNA Ariminenſis, Benedictini Ordinis velo initiata, ſub quo innocentem, & penè Angelicam viuendi normam tenuit. Demùm Chriſtianarum virtutum meritis referta in Domino obdormiuit. Iacet in D. Gaudentij (2).

B. ARDVINVS Sacerdos Ariminenſis, poſtquàm ſanctiſſimè vixiſſet, illuſtris miraculis deceſſit 14. Auguſti an. 1009. Is enìm Cęcis viuendi facultatem impetrauit, attractis neruorum robur, & ægrotantibus ſalutem (3).

B. IOANNA de Balneo, Sanctimonialis Ordinis Camaldulenſis, immaculatum ſpiritum Deo ſuo reddidit an. 1105. Qua autèm hora à terris exceſſit flebile ſignum ſacri æris ſpontè ſua editum eſt, eius Tranſitum euulgans mirabilitèr [4].

B. PETRVS DE HONESTIS Rauennas, cognomento Peccator, Regulare Inſtitutum Canonicorum Portuenſium excitauit. Cum tandèm morbo confectus, omne dapum genus faſtidiret, & lumbricum, quem appetebat, Chriſto ſub pauperis effigie flagitanti tradidiſſet, eodem momento ad ęternam mercedem vocatus eſt 28. Auguſti an. 1119. [5].

B. RODVLPHVS Rauennas, Abbas S. Mariæ in Regula Forocornelij, à Gallijs in Flaminiam D. Sigiſmundi Burgundionum Regis corpus comportauit. Ab Eugenio III. ad Imolenſem Epiſcopatum

(1) *S. Petr. Dam. in lib. 6. Epiſt.* 118. (2) *Clementin. in Hiſt. Arimin. part.* 1. *lib.* 2. *p.* 201. (5) *Idem part.* 1. *lib.* 3. *pag.* 287. (4) *Razzius in Vitis SS. & BB. Camaldulen. pag.* 86. (5) *Io. Philip. Nouar. in Chron. lib.* 7.

eleuatus

eleuatus , Eccleſiæ ſuæ præfuit ſumma integritatis laude , vbì demùm requieuit an. 1166. (1).

B. AMATVS DE MODESTIS à Saludecchio, natus an. 1195. durum vitæ genus intèr inedias, cilicia , & voluntaria tormenta duxit, qua iugi earum virtutum exercitio confecta , ab hac terreſtri manſione ad ſupernam inceſſit . Sub eius tutela Saludecchium non ſemèl à lue , incendijs , & bellorum damnis ſeruatum eſt [2].

B. CLARVS SESTIVS Bononienſis, ex Ordine Prædicatorum , præcipuus in Italia diuinæ ſcientiæ Doctor , & Summus Honorij III. Pont. Max. Pęnitentiarius an. 1216., varijs, & eruditis Operibus pòſt ſe relictis ad perpetuam retributionem emigrauit [3].

B. REGINALDVS Fauentinus D. Dominicum ſectatus eſt, eique Scapularis albi Symbolum , ſibi à Deipara oſtenſum , palàm fecit . Poſtquàm verò Saluatoris tumulum inuiſit , & ſacra Syriæ loca peragrauit , ad myſticam Hieruſalem carnis ſolutus vinculis conſcendit [4].

B. NICOLAVS DE PEPPOLIS Bononienſis D. Franciſcum ſequi propoſuit, & voluntaria paupertate cęleſtia Bona fęnerari . His meritis locupletatus 1. Maij an. 1229. ad illorum fruitionem feſtinauit. Intèr alia ſigna, quæ peregit, alteri exertos oculos reſtituit, alterum à mortuis euocauit .

(1) *Manzonius in Hiſtor. Epiſc. Imol. pag.* 88. [2] *Malateſta Garuffus in eius Vita .* [3] *Ant. Bumaldus in Bibliot. Bonon. pag.* 52. (4) *Maluenda in Hiſtor. S. Dominici part.* 1. *cap.* 33., *&* 64.

Iacet

Iacet eius corpus in Templo S. Claræ (1).

B. THOMAS FVSCHINVS humili progenie exortus an. 1230. in Pago Ariminenſis Agri, Auguſtinianę Familiæ dedit nomen, in qua excelſæ ſanctitatis fama dies clauſit, æternum, & beatum ęuum initurus [2].

B. DIALTA DE ANDALOIS Bononienſis, poſtquàm in Dominicani Monaſterij ſeptis Deo innocentia, & puritate vitæ placuiſſet, ad cęleſtes nuptias 10. Iunij an. 1236. vocata eſt. Dormit in D. Agnetis (3).

B. IVLIANVS Fauentinus, intèr D. Dominici Filios paucis ſecundus integritate morum, & imitatione S. Inſtitutoris, ad Electorum gaudium accerſitus, felicem emiſit ſpiritum an. 1241. (4).

B. IOANNES Rauennas ex Ordine Seraphico, quem non minus præſtantia virtutum, quam ſignorum gloria decorauit, 16. Maij ab hominum cętu cęleſtis conſortij digniſſimus exceſſit [5].

B. IACOBVS BONCAMBIVS Bononienſis Prędicatorum Familiam inſigniuit cùm ſanctitate, tùm doctrina. Eum Innocentius IV. Vicecancellarium Rom. Eccleſiæ, Patriæ Paſtorem dixit an. 1244. Demùm ſanctæ, & eruditæ vitæ finem impoſuit 13. Octobris an. 1260. Iacet in D. Dominici (6).

B. ANTONIVS Rauennas, habitu Eremitanus,

[1] *Mazzara in Legend. Franciſc. tom. 2. pag.* 249. (2). *Clementinus part. 1. lib. 4. pag.* 478. (3) *Marcheſius in Diar. Sacr. tom. 3. pag.* 418. [4] *Maluenda part. 1. lib. 2. cap. 22.* (5) *Vuading. tom. 1. ad an.* 1242. (6) *Peregrin. Orlandus pag.* 131.

& D. Ni-

& D. Nicolai Tolentinatis ſocius , cuius ſibi virtutes ad imitandum propoſuit , intèr mortales ſanctorum operum fragrantiam diffudit an. 1256. (1).

B. RODVLPHVS Fauentinus, D. Dominici Tyro , & Confeſſarius , cum eius documenta indefeſsè exercens , & exempla ſequens , grande meritorum fęnus cumulaſſet , naturæ concedens , ſempiternam requiem introiuit an. 1259. [2] .

B. LVCIA de Stifonte, ex Ordine Camaldulenſi, formam animi aſſidua cuſtodia immaculatam ſeruauit , & vitam apùd Deum gratioſa , & apùd ſodales admiranda clauſit (3) .

B. BONAPARTES GHISLERIVS Bononienſis, B. Raynerij Peruſini diſciplinam , ac rudimenta Chriſtianæ perfectionis ſectatus eſt an. 1260. Demùm talis deſijt , qualis vixerat (4).

B. LAVRENTIVS Fauentinus intèr Camaldulenſes Monaſticam cucullam geſſit abſolutiſſimæ virtutis lau[illegible]. S. Neuoloni non ſolùm Conciuis, ſed & imitator fuit , cuius auſteram viuendi normam ſanctæ æmulationis ſtudio aſſecutus eſt (5).

B. PETRVS Fauentinus à Seraphico Franciſco intèr Salentinos miſſus , vt ibi verbum Dei promulgaret , poſtquàm conciones irreprehenſibilis vitæ exemplis confirmaſſet , ad pręmia Chriſti ſequacibus promiſſa , 16. Aprilis an. 1264. moriens feſtinauit (6).

(1) *De Fabris part. 1. pag.* 302. [2] *Pius lib. 1. cap.* 32. (3) *Siluanus Razzius pag.* 59. (4) *Dulphius in Chronol. pag.* 353. [5] *Auguſt. Florentin. in Hiſtor. Camaldul. part. 1. lib. 2. cap.* 76. (6) *Vuading. tom.* 4. *ad an.* 1264.

B. BEA-

B. BEATRIX ESTENSIS ex Marchionibus Ferrariæ, cœleſtibus tantùm nuptijs reſeruata, in Benedictini Ordinis cœnobio vixit, & virtutibus conſummata occubuit 18. Decembris anno 1270. Eam proptereà Omnipotens perennibus prodigijs remuneratus eſt; nàm ex eius tumulo ſalutaris liquor manat medendis languoribus; In ſepulchrali autèm Vrna interni ſonitus aliquandò audiuntur, Eſtenſis Familiæ infortunia præmonſtrantes (1).

B. ANGELVS Ferrarienſis, Franciſcano Sodalitio adſcriptus, antè multos emicuit innocentia morum, eamque de ſe famam Poſteritati reliquit, vt à vetuſtis monumentis intèr Beatos numeretur (2).

B. CHRISTOPHORVS à Portu Cœſenatico ad Aquitanos D. Franciſci iuſſu inceſſit, vbi & virtutum excellentia, & miraculorum magnitudine celeberrimus fuit. Ferunt eius capiti, dùm ſacra perageret Columbam inſediſſe, præuiſam Seraphici Patris mortem Fratribus ſuis nunciaſſe, & tandèm Canturci 31. Octobris an. 1272. intèr Angelicos concentus ad ſempiterna gaudia properaſſe (3).

B. MATTHÆVS à Fauentia in eadem Familia vixit, & iiſdem virtutum ornamentis claruit, quæ mortales Deo charos reddunt. A viuentibus abijt 29. Ianuarij, & Bononiæ iacet in Regulari Templo [4].

B. GRATIANVS natione Flaminius, & Franciſcani

(1) *Bucellinus in Monolog. Benedict. pag.* 52.
(2) *Ex Cathal. M.S. Viror. Illuſtr. in Cœnob. Ferrar.* [3] *Rodulphius in Hiſt. Seraphic. lib.* 1. *pag.* 98. - *Mazzara tom.* 4. *pag.* 291. [4] *Arturus in Martyrol. Franciſc. ad diem* 29. *Ianuar.*

ciſcani Inſtituti ſequax, in meritorum mercedem magnis portentis exaltatus eſt; intèr quæ orbatum luce illuminauit, & gibboſis humeris deformem, ad integram formam reuocauit. Eius cineres Auximi ſeruantur (1).

B. IOANNES Fauentinus Ordini Seraphico celebritatem auxit miris exemplis ſanctitatis, & ad felicem peruenit exitum 27. Decembris. Illius Oſſa Regij Lepidi coluntur [2].

B. IOANNES GVERVLIVS à Verruculo, Canonicus Ariminenſis, ità Deo placuit ob integritatem vitæ, vt non obnoxium diſſolutioni carnis eius Corpus eſſe voluerit. Beatus Vir migrauit ad Chriſtum an. 1320. menſe Decembri, ac in Cathedrali Fano dormit [3].

B. PETRVS Imolenſis, Eques Hieroſolymitanus, & Prior Almæ Vrbis, poſtquàm diù in Xenodochio Florentiæ Ægrotis miniſtrauit, 5. Octobris an. 1320. interijt. Iacet in D. Iacobi in Corbellino [4].

B. BARTHOLOMÆVS PARVVS Bononienſis, Epiſcopus Torcellanus an. 1328., Archiepiſcopus Teſſeſenſis, & nonus Armeniæ Apoſtolus, Prædicatorum Ordinem, cui ſe dicauerat, ſanctitate, & ſcriptis illuſtrauit. Extant *Commentaria supèr Euangelia*, & alia: *Bibliam*, *Miſſale*, *Breuiarium &c.* à latina origine in Armenam linguam vertit. Demùm martyrij palma decoratus occubuit [5].

[1] *Rodulphius lib. 1. pag.* 105. [2] *Arturus in Martyrol. ſub* 27. *Decembris*. [3] *Clement n. part.* 2. *lib.* 6. [4] *Iacobus Boſſius in Hiſtor. Meliten. lib.* 13. *pag.* 477. [5] *Anton. Bumaldus pag.* 35.

B. BARTHOLOMÆVS Cęſenas, intèr Seruos Mariæ adſcriptus eſt, vixitque diù ſanctiſſimè. Dùm tandèm 25. Octobris an. 1329. à ſenſuum vſu abalienatus, præcoci fruitione Cęli bona guſtaret, ſolutus corporis impedimentis ad immortalem, ſpiritu contendit [1].

B. FRANCISCVS SAXOLVS Rauennas in Familiam Eremitanam S. Auguſtini cooptatus, adeò virtutum omnium amator fuit, & ſilentij inprimis, vt Angelorum colloquia meruerit. Claruit an. 1333. (2).

B. IMELDA LAMBERTINA Bononienſis cum ſummo animi ardore, & inceſſantibus ſuſpirijs diuino conuiuio inhiaret, adhùc ætate vndennis, Eucharistico pane antè eam cęlitùs ſupèruolante recreata, & sic Chriſto Sponſo ſuo iuncta, ſecum ad ęternas nuptias conuolauit 12. Maij an. 1333. (3).

B. HOMOBONVS Bononienſis ex Ordine Famulorum Almæ Virginis, plenè vocationi reſpondit, & non abſimili vitæ termino requieuit anno 1335. (4).

B. GVIDO SPADA Bononienſis, Minorum Familiæ ſe ſe addixit, & dies ſuos in recolendà Dominicæ Paſſionis memorià collocauit. Tandèm ſeminicæ Paſſionis ... Tandèm ſedatis, quæ intèr Ciues exęſtuabant odijs, 22. Auguſti an. 1340. in Domino obdormiuit (5).

B. GREGORIVS CELLVS à Verruculo, habi-

(1) *Gianeus in Anal. Ord., Cent. 1. lib. 7. pag. 13.* [2] *De Fabris part. 1. pag. 303.* [3] *Marcheſius in Diar. Sacr. tom. 3. pag. 162.* (4) *Placid. Bonfrizerius in Diar. Sacr. Seruor. pag. 181.* (5) *Mazzara tom. 3. pag. 533.*

tu Ere-

tu Eremitanus, quem ſanctimoniæ exemplis non parum illuſtrauit, plenus meritis, & annis, cum decimum octauum ſuprà centeſimum numeraret, Sal. 1343., Spiritum Creatori reſtituit [1].

B. CLARA DE AGOLANTIBVS Ariminenſis, in ſęculo petra ſcandali, in Seraphica autèm Familia pęnitentis vitæ ſpeculum, & norma, erecto Cęnobio S. Mariæ Angelorum, ibiquè ſempiternæ felicitatis facto, eam moriens ingreſſa eſt 10. Februarij an. 1344. [2].

B. IOANNES RATTA Bononienſis, ex Ordine S. Auguſtini, magnâ ſapientiæ laude Pariſijs diuinam ſcientiam enodauit, nèc minore integritatis nomine ab humanis exceſſit an. 1357. (3).

B. GREGORIVS TORTORVCCIVS Ariminenſis, celebris vtriuſque Philoſophiæ Doctor in Pariſienſi Vniuerſitate, & tandèm Generalis Auguſtinianæ Religionis Præfectus 27. Maij an. 1357. Viennæ Noricorum vitam cum morte commutauit (4).

B. SACRAMORVS DE SACRAMORIS Fauentinus diuino afflatu intèr Ieſuatos vixit, & moralium virtutum ornamentis opulentiſſimus requieuit an. 1373. [5].

B. BONAVITA de Lugo ex Ordine Seraphico ingentibus prodigiis illuſtratus, 1. Martij an. 1375. migrauit ad Dominum. Plurima ſigna operatus eſt,

(1) *Aloyſ. Torellus in Sęcul. Auguſtin. tom. 5. pag.* 543. (2) *Antom Maria Bonuccius in eius Vita*. (3) *Pomp. Dulphin. pag.* 636. [4] *Creſcimben. in Comment. Vulg. Poeſis, Volum.* 4. *lib.* 1. *pag.* 8. (5) *Moriſius in Paradiſ. Ieſuat. lib.* 2. *pag.* 30.

intèr quæ turgidum ob effuſum imbrem Santernum flumen, mirabilitèr bipartitis aquis vadum præbens, ſicco pede traiecit (1).

B. BARTHOLOMÆVS BEROALDVS Bononienſis Ieſuatorum Inſtitutum profeſſus eſt, in quo ſibi parta bonis operibus in æuum manſura ſanctitatis fama deceſſit an. 1380. (2).

B. NICOLAVS Rauennas, ex Ordine Dominicano, non ſolùm meritis, ſed etiàm rebus mirandis claruit: interdùm nempè eleuato per extaſim corpore, interdùm ab ore iaculatis fulgetris mirabile ſpectaculum reddebat. Tandèm Deo charus, & apùd homines colendus, ab hac caduca ad ſempiternam vitam tranſijt an. 1398. (3).

B. IOANNES LANA Bononienſis, Eremitanam Familiam amplexus eſt, in qua non tantùm eminuit Scholaſtica doctrina, Lutetiæ Pariſiorum Interpres, verùm etiàm ſanctitate. Scripſit *in Libros Sententiarum: Quæſtiones ſuper Phyſicam Ariſtotelis, & de Anima humana*, ac alia. Diem obijt ſupremum an. 1398. Iacet in D. Iacobi Maioris (4).

B. PERPETVA DE SARDIS Ferrarienſis Ordini Dominicano ſe dicauit, in quo vitam innocentèr egit, nèc diſpari exitu perfecit an. 1409. (5).

B. RENGARDA AB ARMIS Bononienſis intèr mortales verſata eſt an. 1410., à quibus tandèm diſcedens ad Dei viſionem animos beantis emigrauit (6).

(1) *Mazzara tom.* 1. *pag.* 468. (2) *Pomp. Dulphius pag.* 136. (3) *De Fabris part.* 1. *pag.* 158. [4] *Peregrin. Orlandus pag.* 145. (5) *Guarriu. in Comp. Hiſt. lib.* 3. *pag.* 142. (6] *Pomp. Dulphius p.* 65.

B. AN-

B. ANDREAS BOVIVS Fauentinus ,ex regulari Prædicatorum cętu , cum in Vallachia alios hęreſim colentes confutaſſet, alios debellare contenderet , ab illorum perfidià circumuentus , & necatus eſt (1).

B. BLVNDA DE FVSCIS à Verruculo Inſtitutum Seruorum Deiparæ ſuſcepit , & poſt earum virtutum excercitia , quæ mortales Cęlitibus ſimiles efficiunt , vitæ curriculum abſoluit an. 1411. Ferunt Dei , & SS. Virginis Viſiones meruiſſe (2).

B. VRSVLA LVZZARIA Fauentina habitum Dominicanæ Familiæ induit , & meritis innocentis vitæ decorauit, quibus tandèm referta perpetuæ felicitatis pręmium lucrifecit (3).

B. PERITEVS MALVETIVS Bononienſis intèr Mariæ Famulos adſcriptus, poſtquàm multos ad orthodoxum cultum reuocaſſet , & in Tartariam maiora animo voluens proceſſiſſet , contemnens mortem, verę immortalitatis initium, 4. Septembris an. 1415. Martirij palmam conſecutus eſt (4).

B. GALEOTTVS ROBERTVS MALATESTA Arimini , & Cęſenæ Princeps cum ad cęleſte adſpiraret Regnum , & terreſtre deſpiceret, años agens duos , & viginti, 11. Octobris an. 1432. caducam in æternæ gloriæ coronam commutauit (5).

B. ÆNEAS Fauentinus ex Ordine Seruorum , in quo Sodalibus præluxit exemplo , & exercitio virtutum omnium, 16. Nouembris an. 1437. à mor-

[1] *Pius lib.* 2. *pag.* 83. (2) *Bonfrizerius in Diar. pag.* 425. (3) *Pius lib.* 3. *pag.* 407. (4) *Bonfrizerius in Diar. pag.* 398. (5) *Claramont. in Hiſtor. Cęſen. lib.* 16. *pag.* 731.

talibus

talibus abiens ſupernam Patriam iniuit (1).

B. AMBROSIVS TRAVERSARIVS à Porticu, Camaldulenſis Familiæ Generalis Abbas, & ornamentum, incomparabilem doctrinam cum vitæ innocentia coniunxit. Poſtquàm verò ſacram purpuram non ſemèl inſigni humilitate renuiſſet, & nomen ſuum immortale ſcriptis reddidiſſet, 20. Octobris an. 1439. in Domino requieuit. Ex Greco latinos fecit libros *Areopagitæ*, *Diogenis Laertij*, *Plutarchi*, *Philoſtrati*, nèc non SS. *Ioannis Chryſoſtomi*, *Efreem Syri*, *Athanaſij*, *Baſilij*, *Gregorij Nazianzeni*, & *Ioannis Climaci*. Scripſit præterea Tractatus duos, alterum *de Spiritu Sancto*, alterum *de Sacramento Euchariſtiæ*: *Orationum*, & *Epiſtolarum libros* eruditiſſimè (2).

B. BELTRAMVS Ferrarienſis, ex ſodalitio B. Petri de Piſis, ſolitariam vitam egit, vt cęleſtis beatitudinis gaudia aſſequeretur. Obijt an. 1440., in lucem emiſſo *Speculo Prudentiæ* (3).

B. IOANNES PLATEA Bononienſis ex Ordine Seraphico, quem luminibus eruditæ mentis, & miræ integritatis exemplis illuſtrauit an. 1442. Scripſit *de Reſtitutione*: *De Cenſuris*: *De Matrimonio*, & alia (4).

B. NICOLAVS ALBERGATVS Bononienſis, in Cartuſianà Familià vixit, antequàm Patrię Epiſcopus, & Presbyter Cardinalis diceretur an. 1426. Grauiſſimis Legationibus perfunctus eſt; Concilijs

(1) *Aloyſ. Garbius in Addit. ad Annal. Seruor. Cent. 3. lib. 1. pag.* 440. [2] *De Fabris part. 1. pag.* 327. [3] *Guarinus lib. 3. pag.* 138. (4) *Vuadingh. in Annal. Min. tom.* 3.

interfuit

interfuit Baſileæ, & Ferrariæ, vbi & doctrina, & auctoritate, Romanæ Eccleſiæ Iura glorioſè vindicauit. Tandèm Summus Pęnitentiarius conſtitutus, 9. Maij an. 1433. Senis in Tuſcia, Vitæ religione clariſſimus deceſſit (1).

B. STEPHANVS à Bononia, Ordinis S. Saluatoris Scopetti Reſtaurator, poſtquàm opus egregium compleuiſſet, à ſanctis laboribus ſuis, mortalitatem deponens, acquieuit an. 1444. (2).

B. IOANNES DE TAVELLIS à Tauxiniano diù intèr Ieſuatos claruit. Demùm ab Eugenio IV. Epiſcopus Ferrarienſis dictus, Antiſtitum eius ætatis exemplar occubuit 24. Iulij an. 1446. Eius Animam ad Cęlum properantem S. Catharina de Vegris per viſum admirata eſt [3].

B. PAVLA MALATESTA ex Principibus Arimini, Ioannis Franciſci Marchionis Mantuæ relicta, in Monaſterio Corporis Chriſti vitam integerrimè traductam, feliciſſimè ſpiritum illi reddens, terminauit 17. Martij an. 1449. (4).

B. BARTHOLOMÆVS de Cęſena, ex Congregatione Eremitarum S. Hunuphrij, B. Petri Gambacurtę antè Imitator, & deindè Succeſſor digniſſimus ſanctè dies ſuos impleuit an. 1450. (5).

B. GASPAR SIGHICELLVS à S. Ioanne in Perſiceto, Ordini Prædicatorum cùm eminentia doctrinæ, tùm innocentia morum decus auxit.

[1] *Ciaconius in Vitis Cardin. tom. 2. col.* 849. (2) *Albert. in Deſcript. Ital., Reg.* 14., *V. Bonon.* [3] *Manzonius in Hiſtor. Epiſc. Imol. pag.* 269. (4) *Mazzara tom.* 4. *pag.* 720. [5] *Claramontius lib.* 15. *pag.* 731.

Imolen-

Imolenſem Eccleſiam Antiſtes moderatus eſt, eamque moriens viduatam reliquit an. 1457. (1).

B. NICOLAVS BOLOGNINVS Bononienſis in Familia Ieſuatorum ſe recepit, vbi nunquàm lapſuram ſanctitatis opinionem lucratus eſt an. 1462. [2].

B. CORRADINVS AREOSTVS Bononienſis in Ordine Predicatorum claruit prototypus regularis perfectionis vſquè ad præcipitatos annos. Obijt tandèm ſanctiſſimè 8. Aprilis an. 1468. (3).

B. MARCVS ELEPHANTVCCIVS Bononienſis, Minorum Obſeruantiæ Vicarius Generalis, & verum religioſæ Obſeruantiæ exemplar, Placentiæ 25. Martij an. 1478. dies clauſit, ſanctimoniæ, & portentorum fama celebris. Eum porrò viuentem, & mortuum Deus clarificauit, præſertìm extincti Pueri reuocatione ad vitam [4].

B. ANTONIVS BONFADINVS Ferrarienſis, ex Ordine Minorum Obſeruantiæ, cui penè angelicà viuendi normà, magno fuit ornamento, 1. Decembris an. 1482. ab humanis digrediens migrauit ad Chriſtum. Eius corpus non modò incorruptum eſt, ſed adeò flexili artuum compage, vt non demortui cadauer, ſed ſuauitèr quieſcentis videatur (5).

B. IACOBVS PHILIPPVS BERTONIVS Fauentinus intèr Seruos Mariæ emicuit vitæ integritate, ac ſignis, & 22. Maij an. 1483. ad æternæ Beatitudinis retributionem feſtinauit. Eius membra

(1) *Manzonius pag.* 270 [2] *Dulphius pag.* 189. (3) *Marcheſius in Diar. tom.* 2. *pag.* 206. [4] *Mazzara tom.* 1. *pag.* 775. (5) *Idem tom.* 4. *pag.* 646.

iam

iàm ſcabie ſuperfuſa, nitida ſtatim viſa ſunt, & virtutem ſalutiferam morbis exhalare (1).

B. DONATVS BRASAVOLA Ferrarienſis Ordini Conuentualium dedit nomen, in quo viuens meruit piæ, caſtigatiſſimęquæ vitæ laudem, & moriens diuturnam admirabilis probitatis famam (2).

B. IOANNA DE LAMBERTINIS, ex Dominis Podij, Bononienſis, S. Catharinæ de Vegris Diſcipula, ac Sodalis, quam tandèm exuta corpore ad æterna gaudia ſecuta eſt (3).

B. PAVLA DE MEZZAVACCHIS Bononienſis, B. Ioannæ ſocia, & Inſtituti, & meritorum, à viuis excedens an. 1492. Socia quoquè eſſe meruit in Cęlis, vt multis Altiſſimus ſignis palàm fecit (4).

B. MARIANVS à Lugo, ex Familia Minorum arctioris Obſeruantiæ, non ſolùm futura prænoſcere, ſed Ieſum, & SS. eius Genitricem intueri promeruit. Demùm ex Sacro Monte Aluerniæ ad pręmia humilibus promiſſa in Cęlum accerſitus, 1. Ianuarij an. 1495. ab hoc terreſtri exilio demigrauit [5].

B. ANDREAS RONCHIVS Fauentinus, ex Ordine Minorum Obſeruantiæ, meritis Obſeruantiæ plenus, in Sicilia finem præſentis vitæ, initium futuræ, inuenit an. 1500. (6).

[1] *Bonfrizerius pag.* 227. [2] *Ex Catal. Vir. Illuſtr. Ord. Conuent., in Bibliot. Ferrar.* (3) *Rodulphius lib.* 1. *pag.* 240. (4) *Idem lib.* 1. *pag.* 141. *Graſſettus in Vita B. Catharinæ lib.* 2. [5] *Mazzara tom.* 1. *pag.* 6. (6) *Bernard. de Buſtis part.* 3. *tom.* 2.

B. MARCVS Ferrarienſis, eiuſdem Ordinis Profeſſor, regularis diſciplinæ virtutibus inceſſantèr ſtuduit. Tandèm 1. Februarij an. 1500. in Iſtonio Apuliæ Oppido obdormiuit (1).

B. BEATRIX Ferrarienſis, Monialis Dominicani habitus, intèr perpetuas ferè preces, & corporis cruciatus vixit. Demùm 26. Octobris an. 1505. ad Beatorum viſionem vocata eſt [2].

B. MARGHARITA DE MOLLIS à Ruſſio in ſęculo ſummà abſtinentià, & integritate degit, Deo ſempèr coniuncta ſpiritu per cęleſtium contemplationem rerum. Sępè futuros caſus vidit, ac reuelauit, & morbo fatiſcentes, ſanos fecit. Demùm ſupernis bonis an. 1504. moriens potita eſt ſempiternè (3).

B. DOROTHEA Ferrarienſis Ordinem Dominicanum introiuit, in quo irreprehenſibili penè vità exactà, ad meliorem ſanctè viuentibus promiſſam pertranſiuit 26. Nouembris an. 1507. (4).

B. CÆCILIA DE BECCARIJS Ferrarienſis in eadem regulari diſciplina adeò ſanctimonià profecit, vt ſocijs eſſet admirationi. Obijt pijſſimè an. 1507. Eius manus Roſarium tractare ſolitæ miram poſt obitum roſarum fragrantiam reddiderunt (5).

B. EVSTOCHIA MERCATELLA Ferrarienſis, earumdem ſicut Inſtituti conſors, ità & virtutum

(1) *Arturus in Martyrol. ſub* 1. *Februar.* [2] *Marcheſius in Diar. tom.* 1. *pag.* 103. [3] *Rubeus lib.* 8. *pag.* 655. (4) *Baccius in Vitis SS. & BB. Dominic. tom.* 1. *pag.* 608. [5] *Idem tom.* 1. *pag.* 142.

ęmula-

ęmulatrix, poſtquàm in mentis exceſſu Infantem Ieſum colere, & oſculari in Præſepe meruiſſet, iàm delibatis Cęli delicijs, ad eas poſſidendas occumbens profecta eſt 2. Ianuarij an. 1508. (1).

B. PAVLA SPEZZANA Ferrarienſis ſe in Dominicanæ Familiæ monaſterio virtutum omnium exercitijs dedit, & tandèm certior diuinitùs ſuæ mortis facta, 18. Auguſti 1509. ab hac terreſtri manſione exceſſit (2).

B. CÆCILIA II. Ferrarienſis, in S. Catharinæ Senenſis, annos triginta magna opinione ſanctitatis vixit. Sępè ad ſuauem extaſim elata, & ſupernę lucis radijs cincta eſt. Demùm 7. Martij an. 1511. mortalitatem depoſuit, vt immortalitatem indueret (3).

B. VERONICA Ferrarienſis, Cęnobij S. Catharinæ Senenſis Reformatrix non modò tyrocinijs, ſed & exemplis ſanctorum operum, meritis onuſta, 16. Iulij an. 1511. ad cęleſtem requiem iuit (4).

B. CONSTANTIA Ferrarienſis, infimis Dominicanæ Familiæ miniſterijs ſe dicauit, ſed præſtantia virtutum ceſſit nemini. Tandèm viſionibus ſupernis recreata, 19. Iulij paratam à Deo electis ſuis ſedem occupauit (5).

B. IOANNA Ferrarienſis cum non abeſſet à Sodalium imitatione, ac meritis, intèr regularis Inſtituti virtutes cumulatis, 12. Aprilis an. 1511.

(1) *Marcheſius tom. 1. pag.* 137. [2]. *Idem tom.* 4. *pag.* 492. (3) *Idem tom.* 2. *pag.* 30. (4) *Guarinus lib.* 3. *pag.* 142. [5] *Baccius tom.* 2. *pag.* 33.

Digitized by Google

iiſdem moriens felicitèr aſſociata eſt [1].

B. ANGELA DE CORREGIARIJS Ferratienſis & ipſa, ex Ordine Dominicano, cui integerrimis moribus ſplendorem auxit, 4. Februarij anno 1512. fluxilem hanc vitam, in ſempiternam immutauit [2].

B. SIMON BALACHIVS, ex Comitum S. Archángeli progenie, in Prædicatorum Familia tanta humilitate excelluit, vt Olitoris munus obire voluerit. Fertur ab eo aliquandò orante, gratiſſimam fragrantiam, & morboſa affectione correptó, mitandæ lucis iubar prodijſſe. Demùm 3. Nouembris an. 1519. Terras relinquens, exaltatus eſt in Cęlis (3).

B. HOMODEVS Ariminenſis Monaſticæ ſe obſtrinxit Valliſumbroſæ diſciplinæ. Cum autèm quadraginta annos intèr ſilentes vmbras nemorum, & rigidiſſimas viuendi leges traduxiſſet, 22. Auguſti an. 1519. confectus ſenio, præmium æternæ vitæ nactus eſt. Tradunt Fontem propè Eremum, ad eius extinguendam ſitim mirabilitèr exortum, eo diem obeunte ſimili prodigio exaruiſſe [4].

S. HELENA DVGLIOLA Bononienſis, non ſolùm acquiſitarum virtutum pulchritudine, ſed & luminibus profundæ literaturæ diuinitùs ornata, ad dierum exitum peruenit an. 1520. Iacet in D. Ioannis in Monte (5).

B. GENTILIS DE IVSTIS Rauennas, mulie-

(1) *Marcheſius tom. 4. pag. 219.* (2) *Guarinus lib. 3. pag. 142.* (3) *Marcheſius tom. 4. pag. 4.* (4) *Bucellinus in Monologia pag. 658.* (5) *Pereg. Orlandus pag. 103.*

rum

rum in coniugio viuentium norma, ac decus promerita eſt, vt multa per eam Deus mirabilia perageret; nàm ęgris ſalutem impetrauit, intimos cordium ſenſus nouit, & certum ſuæ diſſolutionis tempus prænunciauit. Tandèm 28. Ianuarij an. 1530. inceſſit ad Deum [1].

B. ALBERTVS MARCHESIVS à Cottignola intèr Minores Obſeruantiæ eximius diuinæ ſcientię Lector, & religioſæ Magiſter perfectionis, edidit *Cęliloquium morale* altiſſima eruditione plenum, & 10. Iunij an. 1531. migrauit ad ſuperos [2].

B. BARTHOLOMÆVS DE RONDANINIS Fauentinus Legum ſcientiam profeſſus eſt antequàm Ordini Prædicatorum nomen daret. Zelo orthodoxi cultus, & multiplici doctrina emicuit, qua Conciliabuli Piſani errores immortali ſui laude confutauit. A Iulio II. in celebris triumphi pręmium ad Florentinam Tiaram euocatus, miro humilitatis exemplo à tanto honore, & onere refugit. Tandèm literaturæ, & Sanctimoniæ fama æquè clarus apùd poſteros, 29. Iulij an. 1532. Lucæ in Domino requieuit. Scripſit *Apologiam in Piſanum Conciliabulum: De Auctoritate Romani Pontificis*, & alia (3).

B. RAPHAELLA Fauentina Dominicanum Inſtitutum in Pratenſi Cęnobio amplexa eſt, vbi qua vixerat, eadem integritatis opinione, & immortali ſui deſiderio occubuit an. 1547. (4).

(1) *De Fabris part.* 1. *pag.* 142. [2] *Arturus in Martyrol. ſub die* 10. *Iunij*. [3] *Marcheſius in Diar. tom.* 4. *pag.* 271. (4) *Razzius in Vit. B. Cathar. Ricci lib.* 1. *pag.* 6.

B. PHILIP-

B. PHILIPPVS VRBINVS Rauennas, Seraphicæ Familiæ Oblatus, in qua auſteriſſimam vitę rationem tenuit, & per excelſos virtutum gradus ad magnam conſcendit famam Sanctitatis. Romæ annos agens duos, & triginta à terreſtribus abijt 1. Auguſti an. 1598., vbì conſumatus in breui expleuit tempora multa. Iacet in Baſilica SS. XII. Apoſtolorum [1].

DE PONTIFICIBVS MAXIMIS

CAPVT III.

IOANNES X. Ciuis, & Archiepiſcopus Rauennas, Theodoræ Almæ Vrbi dominantis potentia, ac ſtudio, non legitimis ſuffragijs ad Pontificiam Sedem euectus eſt an. 912. In hac tamèn illicitè occupata, accedente poſtmodùm Cleri conſenſu ob rerum geſtarum magnitudinem, & gloriam, legitimè conſedit. Intèr opera, quæ maius emolumentum laudis ei pepererunt, certè præſtat, Saracenos Italiam diripientes, & populis vel excidium, vel ſeruitutem minitantes ad Lyrim Fluuium profligaſſe, ac Berengarium, qui præſentaneum laboranti Eccleſiæ ſubſidium attulerat, Auguſtali tiara donauiſſe. Verùm decimo quarto adminiſtrationis anno, Marociæ, Vxoris Guidonis Tuſciæ Marchionis, odio circumuentus, exitu altiſſimæ, & ſacroſanctæ Dignitati indigno, miſerè ſuffocatus eſt [2].

(1) *De Fabris part.* 1. *pag.* 174. [2] *Luitprandus lib.* 2. *c.* 13.- *Rubeus lib.* 5. *pag.* 253.

HONO-

HONORIVS II., anteà Lambertus de Fagnanis Imolenſis, vel iuxtà alios de Scannabecchis Bononienſis, cum & omnigena doctrina, & morum integritate Collegis ſuis præluceret, Pontifex Maximus ſalutatus eſt 20. Decembris an. 1124. Is Rogerium Guiſcardum Siciliæ Comitem, Apulia potiri ſummis conatibus nitentem, priùs coercuit, deindè in fidem venientem, Apulæ Regionis Ducem iure beneficiario renunciauit. Tandèm 17. Februarij an. 1130. optimus, & Sanctus Paſtor naturæ conceſſit. Iacet in Baſilica Lateranenſi. Duos Diaconos, & Presbyteros ſexdecim in Cardinalium cętum cooptauit [1].

LVCIVS II., anteà Gherardus de Caccianemicis Bononienſis, diuini Spiritus aflatu ad D. Petri ſolium elatus eſt 9. Martij an. 1144. Intèr clariora eius Pontificatus monumenta celebratur, Alphonſum Portugalliæ Ducem ſe, & Luſitaniam vectigalem exhibentem, in S. Sedis clientelam accepiſſe. At egregius Pontifex, à Romanorum licentia, qui impotentèr veterem libertatem appetebant, diuexatus, citiùs, quàm par erat, occubuit 28. Februarij an. 1145. Sepultus eſt in Laterano. Quatuordecim Cardinales dixit, vnum nempè Epiſcopum, ſeptem Presbyteros, & ſex Diaconos (2).

ALEXANDER V., anteà Petrus Philargus, Bononiæ natus, ſed in Inſulam Cretæ ab ineunte pueritia ductus, & ità Cretenſis vnanimi ferè Scriptorum ſenſu nuncupatus, Ordini Minorum ſe ſe

(1) *Platina in eius Vita*. (2) *Baronius in Annal. Eccleſ. ad an.* 1144. - *Platina in eius Vita*.

addixit.

addixit. Ibi antè omnes emicuit, & ſublimis ſcientiæ, & moratæ vitæ meritis, vt ad præcipuas Eccleſiæ Dignitates extolli mereretur. In Piſarum Concilio 26. Iunij an. 1409. Pontifex Maximus inauguratus, Vladislaum Regem, Romanæ Sedi infenſum, diris ſpiritualibus deuouit, & Neapolis Regno mulctauit. Verùm non diù poſt Bononiæ, vbi in lucem venerat, octauo ſui Pontificatus menſe, inenarrabili Bonorum omnium mœrore, ab eadem migrauit. Apùd Conuentuales dormit (1).

S. PIVS V., anteà Michael, ex Ghisleria Stirpe, ortu Inſuber, ſed Bononia oriundus, Prædicatorum Familiæ præſtantia doctrinæ, eminentia Dignitatum, & Sanctitatis ſplendore, maximum dedit ornamentum. Poſtquàm diuino conſilio ad ſummum Sacerdotium vocatus eſt 7. Ianuarij an. 1566. omne ſtudium impendit, vt hæreſum peruicaciam compeſceret, Catholicos Principes in Turcas incenderet, & Omnipotentis gloriam propagaret. Tandèm Eccleſia Dei virtutibus, exemplis, & ſignis illuſtrata, 1. Maij an. 1572. ad felix Beatorum conſortium euectus eſt. In Cardinalium Albo vnum, & viginti deſcripſit. Quieſcit in Liberiano Templo, & vbiquè Terrarum colitur, iàm intèr Diuos à Clemente XI. relatus (2).

GREGORIVS XIII., anteà Hugo Boncompagnus, Bononienſis, non tàm raris animi dotibus, quàm alta legum cognitione conſpicuus, vnanimi

[1] *Carolus Sigonius de Epiſc. Bonon. lib. 3. an. 1409. - Gherardaccius, Bumaldus, & alij.*
(2) *Foreſtus in Mappam. Hiſtor. tom. 3. part. 2. pag. 335.*

Cardina-

Cardinalium conſenſione D. Petri locum ſortitus eſt 13. Maij an. 1572. Hanc Pontificiam poteſtatem intèr mortales exercuit, vſquè ad 10. Aprilis an. 1585., quo vitam cum morte commutauit: Pontifex profectò in æuum memorandus; plura enim Collegia ad inſtruendam Iuuentutem in varijs Mundi partibus erexit; Calendarium Romanum inſtaurauit; & tres, ac triginta Viros abſolutæ virtutis intèr Purpuratos delegit. Ex his quatuor, certè inaudito exemplo, poſt eius interitum, Apoſtolicam Sedem meruerunt [1].

INNOCENTIVS IX., anteà Ioannes Antonius Fachinettus Bononienſis, quem multæ, & præclaræ virtutes Deo, & Hominibus commendabant, cęleſti flamine ergà illum mentes ſuffragantium mouente, Pont. Maximus renunciatus eſt 29. Auguſti an. 1591. At doctiſſimus, & integerrimus Paſtor, potiùs Terris oſtenſus, quàm datus, fruſtratis Vrbis, & Orbis votis altero Pontificatus menſe à mortalibus abijt. Plurima quidèm excogitabat, ſed pauca præſtitit, importuna morte ſublatus. Duos tantùm delegit ad purpuram (2).

GREGORIVS XV., anteà Alexander Ludouiſius, Bononienſis, Iuris vtriuſque ſcientia, & rerum actarum laude clariſſimus, diuini Spiritus illuſtratione in Pontificali Sede locatus eſt 11. Februarij anno 1621. Non diuturnum eius Regnum fuit, ſed duraturis in æuum monumentis immortale. Intèr Catholicos Principes concordiam ſanxit, Hęreſes eradicare contendit, & orthodoxum cultum

[1] *Panuinius in eius Vita.* (2) *Foreſtus tom. 3. par. 2. pag. 395.*

in remotiſſimis etiàm oris propagare ſategit. Dùm tandèm noua reuolueret animo, Sponſam Eccleſiam in viduitate, & męſtitia reliquit 8. Iulij an. 1623. Extant ab eo elucubratę Deciſiones Rotales, in quibus eius profundæ doctrinæ memoria perennabit [1].

DE S. R. E. CARDINALIBVS

CAPVT IV.

ARATOR Rauennas, Ordinis Caſſinenſis decus, à Vigilio Pont. Max. Subdiaconus Cardinalis dictus eſt an. 540. *Apoſtolorum Acta* hexametro carmine deſcripſit, venuſtis Allegoriarum floribus immixta, & duobus Tomis digeſta in lucem vindicauit (2).

VBERTVS BELMONTIVS, Natione Flaminius, ab Alexandro II. Epiſcopus Ariminenſis, Rom. Eccleſiæ Cardinalis, & in Germaniam Legatus declaratus eſt, vbi euellere Simoniacam Hęreſim à Præſulum animis gloriosè contendit [3].

DAMIANVS Rauennas, ex ſorore S. Petri Damiani ortus, in Ordine Caſſinenſi vixit regularis perfectionis exemplar, & ſpeculum. Ex Nonantulano Abbate à Georgio VII. intèr Cardinales locum meruit (4).

GEBIZZO Cęſenas ex eadem Familià Caſſinenſi, Abbas SS. Bonifacij, & Alexij in Auentino monte,

(1) *Franciſc. Tomaſuccius in eius Vita* (2) *Rubeus in Hiſtor. Rauen. lib. 3. pag.* 152. [3] *Creſcentius in Coron. Nobil. Ital. tom. 2. pag.* 165. (4) *De Fabris in Memor. Sacr. part. 1. pag.* 369.

non

non ſolùm Epiſcopus Patriæ , & Presbyter Cardinalis à Gregorio VII. creatus eſt an. 1083., ſed etiam Legatus ad Demetrium Illyrici , & Dalmatiæ Ducem , quem regia coronà, & nomine inſigniuit [1] .

IOANNES de Bononia cum in Camaldulenſi ſaltu vitam traduceret à ſęculi curis abhorrentem , ab Honorio II. Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis renunciatus eſt an. 1125. Strenuè in Anacletum Pſeudopontificem doctrinà , & auctoritate certauit , ac plenus meritis in Domino obdormiuit (2) .

VBERTVS DE RATTA Bononienſis intèr Ampliſſimos Patres ab Honorio II. adnumeratus anno 1125., Legatus à latere Hiſpaniarum , & Italię, nèc non Archiepiſcopus Piſarum dictus , ſacram inaugurationem ab ipſis manibus Pontificijs ſumpſit [3].

PETRVS GARISENDVS Bononienſis, Presbyter Cardinalis ab Honorio II. promulgatus eſt , quo adhùc D. Petri ſolium occupante, deceptis cunctorum votis debitum naturæ perſoluit [4].

HVGO HIEREMEVS Bononienſis, ab eodem Honorio in Diaconorum Cardinalium Albo non tantùm deſcriptus , ſed Archypresbyteratu Baſilicæ Vaticanæ adauctus , intrà breuis Pontificatus limites deceſſit (5) .

VBALDVS PEPPVLVS Bononienſis ab Innocentio II. an. 1134., ſuis id petentibus meritis intèr Cardinales Diaconos exceptus , poſt annos de-

(1) *Ciaconius in Vitis Cardin. tom. 1. col. 865.* (2) *Idem tom. 1. col. 962.* [3] *Idem tom. 1. col. 964.* [4] *Idem tom. 1. col. 964.* (5) *Idem tom. 1. col. 965.*

cem ab eorum conſortio demigrauit (1).

VBALDVS CACCIANEMICVS Bononienſis, ex Canonica S. Mariæ Rhenanæ à Lucio II. ad Cardinalatum accerſitus an. 1444., Alexandro III. inconcuſsà conſtantià adhęſit, & Victori ſubdititio Pontifici aduerſari in Conuentu Diuionenſi minimè dubitauit. Tandèm Archipresbyter Rom. Ecleſiæ declaratus, diem obijt ſupremum (2).

RAYNERIVS MARESCOTTVS Bononienſis, doctrinæ ornamentis celebris, à Lucio II. ſacra Cardinalatus inſignia ſuſcepit an. 1144., nèc dià poſt vitam cum morte commutauit [3].

HVGO MISSANVS Bononienſis, à Lucio II. intèr Cardinales Presbyteros admiſſus an. 1144., rerum geſtarum claritate, ſe eo gradu digniſſimum comprobauit (4).

HELDEBRANDVS GRASSIVS Bononienſis in Canonicà vixit S. Mariæ Rhenanæ, antequàm ab Eugenio III. Presbyter Cardinalis crearetur. Fuit Mutinenſis Antiſtes, & in Inſubriam Pontificius Legatus, vbi Populos Friderici Imperatoris tyrannidem exhorrentes, factà in illum ſacrà conſpiratione, concitauit [5].

LESBIVS GRASSIVS Bononienſis in numerum Presbyterorum Cardinalium ab Alexandro III. relatus eſt an 1177., ſed in primordio ſui Cardina-

[1] *Saluettus in Theat. Hiſtor. Famil. de Peppulis*. (2) *Gherardac. in Hiſtor. Bonon. part.* 1. *lib.* 2. (3) *Ciaconius tom.* 1. *col.* 1026. (4) *Gherardac. part.* 1. *lib.* 2. (5) *Panuinius in Epitom. lib.* 2. *pag.* 225.

latus

latus, diuturno ſui deſiderio poſteritati relicto, à vita defecit (1).

VICTOR MALVETIVS Bononienſis, Vir eruditione clariſſimus, & Caroli II. Neapolis Regis à Secretis, à Cęleſtino V. intèr Diaconos Cardinales cooptatus eſt an. 1294. (2).

GOCTIVS DE BATTAGLIJS Ariminenſis, prudentia, & doctrina inſignis, ex Patriarchà Conſtantinopolitano rubei galeri pręmium, & decus à Benedicto XII. an. 1338. reportauit. Siculam Legationem in Petrum Aragonium, Regni iura vſurpantem ſtrenuè perfecit, & demùm in Auenionenſi Aulà, cunctis Ordinibus acceptus, occubuit anno 1348. (3).

BARTHOLOMÆVS MEZZAVACCA Bononienſis à Gregorio XI. ſacrà purpurà exornatus eſt an. 1378., & ab Vrbano VI. Neapolitana Legatione; Verùm non multo poſt à Pontificia gratia delapſus, & Cardinalatus inſignibus priuatus fuit. Eadem tandèm à Bonifacio VII. recepit, & Legationibus Ianuæ, & Viterbij exactis, cum ad priſtinos honores, & famam redijſſet, naturæ conceſſit 20. Iunij an. 1396. [4].

IOANNES DE PICCIOLPASSIS Bononienſis, ab Vrbano VI. Cętui Cardinalium adiunctus eſt, & Oſtonenſi Eccleſiæ Paſtor datus. Tandèm viam vniuerſæ carnis introiuit 18. Iulij an. 1383. (5).

IACOBVS INSOLANVS Bononienſis, I. C. gra-

(1) *Ciaconius tom* 1. *col.* 1102. [2] *Ex Chron. M. S. Iacobi Corelli.* [3] *Ciaconius tom.* 2. *col.* 471. (4) *Idem tom.* 2. *col.* 641. (5) *Idem tom.* 2. *col.* 664.

uiſſimus,

uiſſimus, & in Ticinenſi Gymnaſio glorioſus Baldi Competitor. Eum Ioannes XXIII. Diaconum Cardinalem dixit an. 1413., Patrimonio D. Petri, nèc non Almæ Vrbi Vicarium pręfecit. Liguriam pro Vicecomitum ſtirpe moderatus eſt annos quinque; Galliæ Legationem pro Martino V. exercuit, vbì ſedatis æſtuantibus animis, & in Italiam reuerſus, 9. Februarij an. 1431. Mediolani requieuit (1).

BARTHOLOMÆVS ROVERELLA Ferrarienſis ſummam eruditionem, alijs animi dotibus coniunxit; Archiepiſcopus Rauennæ, Piceno, & Patrimonio Rector pręfuit, antequàm à Pio II. intèr Ampliſſimos Patres deligeretur an. 1461. Ferdinandum Neapolis Regem ſceptro, & corona decorauit, varias Legationes obijt ſapientèr, & tandèm ſuccubuit mortalitati 2. Maij an. 1476. (2).

HIPPOLYTVS ESTENSIS, ex Ducibus Ferrariæ, ab Alexandro VI. purpurà Vaticana inſignitus eſt an. 1493. Primarias, & opulentiſſimas Eccleſias habuit Strigonienſem, Agrienſem, Narbonenſem, Mediolanenſem, Capuanam, & Ferrarienſem. In Gallias, & Germaniam Legatus inceſſit, & deniquè tantis functus honoribus, 3. Septembris anno 1520. eos reliquit, & vitam (3).

FRANCISCVS ALIDOSIVS Imolenſis ex Dominis Caſtririui, Iulij *II.* Presbyter Cardinalis an. 1505., Melitenſis, Papienſis, & Bononienſis Antiſtes, Patrimonij D. Petri, & Bononiæ Legatus. Affectans verò maiorum Dominia, & Gallis

[1] *Panuinius lib.* 3. *pag.* 283. [2] *Vghel. in Ital. Sacr. tom.* 2. *in Archiep. Rauen. num.* 102. (3) *Ciaconius tom.* 3. *col.* 350.

propte-

propterea clàm fauens, quod ab ijs eadem ſperabat ſe recuperaturum, in ingens infortunium incidit, eòque faciliùs cum deperditæ Bononiæ culpam vertiſſet in Franciſcum Mariam Vrbini Ducem, à quo tandèm iniuriam non ferente, Rauennæ ſub Pontificijs oculis interfectus eſt 23. Maij an. 1511. (1).

ACHILLES GRASSIVS Bononienſis à Iulio *II.* in Purpuratorum Ordinem relatus an. 1511., Legationes Galliæ, & Germaniæ ſuſtinuit, & Patriȩ Prȩſul, ac Parens 29. Nouembris an. 1523. munera, ac dies terminauit (2).

LAVRENTIVS CAMPEGGIVS Bononienſis, primus Ducciæ Comes, ob doctrinæ, prudentiæ, & dexteritatis merita à Leone X. ad Cardinalatum euectus eſt an. 1517. Epiſcopatus Seresburienſem, Cretenſem, Oſcenſem, ac Bononienſem tenuit, Anglicam, & Germanicam Legationes magna ſui laude abſoluit, & demùm rebus actis, celebris, & illuſtris occubuit 25. Iulij an. 1539. Scripſit *in Hȩreticos Lutheranos*, *& de Reformatione Cleri Germaniæ* (3).

RODVLPHVS PIVS, ex Principibus Meldulæ locum intèr Patres Conſcriptos à Paulo *III.* accepit an. 1535. Legatus ad Carolum Cȩſarem perrexit, Romæ, & Piceno iura dedit, ac Romani Imperij negotia in clientelam ſumpſit. Fauentinam, Agrigentanam, & Salernitanam Eccleſias moderatus eſt; demùm Collegij Cardinalium De-

(1) *Rubeus lib.* 8. *pag.* 661. (2) *Ciaconius tom.* 3. *col.* 296. [3] *Idem tom.* 3. *col.* 384.

canus

canus 2. Maij an. 1564. à mortalibus abijt (1).

HIPPOLYTVS ESTENSIS, ex Ducibus Ferrariæ, ad ſacrum muricem à Paulo *III.* an. 1538., & ad maximos Epiſcopatus, ſummo Regum fauore, vocatus eſt. Arelatenſis nempè, Narbonenſis, Lugdunenſis, Mediolanenſis, Auxitanus, Eduenſis, Trecorenſis, Maurianenſis, & Ferrarienſis Antiſtes fuit. Senas pro Gallis, Patrimonium pro S. Sede adminiſtrauit; & his, alijſque muneribus exactis, 2. Decembris an. 1572. vitæ ſuæ finem impoſuit (2).

ALEXANDER CAMPEGGIVS Bononienſis, ex Comitibus Dueciæ, Vir apprimè doctus, à Iulio *III.* in Album Cardinalium relatus an. 1551., non diù eam Dignitatem tenuit; nàm 22. Septembris an. 1554. ab humanis exceſſit. Scripſit *de Auctoritate Romani Pontificis* [3].

IOANNES POGGIVS Bononienſis, muneribus peractis ſatis clarus, ab eodem Iulio Presbyter Cardinalis dictus eſt an. 1551. Infulas Tropienſem, & Anconitanam geſſit, & tandèm 12. Februarij anno 1556. ad dierum ſuorum exitum peruenit (4).

HIERONYMVS DANDINVS Cęſenas, conſpicuis dotibus naturæ, & Artis cumulatus, à Iulio *III.* pręmium rubei galeri reportauit an. 1551. Apùd Carolum V. Legationem obijt ampliſſimam, Eccleſias Caſſanenſem, & Imolenſem regendas obtinuit, & demum ſibi partà glorioſis operibus cunctorum exiſtimatione, Dignitatibus, & vitæ ceſſit 4. Decembris an. 1559. [5].

[1] *Ciacon. tom. 3. col. 619.* [2] *Idem tom. 3. col. 650.* (3) *Idem tom. 3. col. 774.* (4) *Idem tom. 3. col. 778.* (5) *Idem tom. 3. col. 781.*

PHILI-

PHILIBERTVS NALDVS, natione Gallus, origine Brixichellenſis, trium Galliæ Regum Orator in Romanâ Aula conſedit; Engoliſmenſem, & Antiſiodorenſem Epiſcopatus rexit, & Vaticanam purpuram à Pio IV. meruit an. 1561. Deniquè 23. Ianuarij an. 1570. depoſuit mortalem carnem (1).

ALOYSIVS ESTENSIS, ex Ducibus Ferrariæ ad ſplendidiſſimos gradus elatus eſt. Fuit enim Pij IV. Diaconus Cardinalis an. 1561., Ferrarienſis, & Auxitanus Antiſtes, in Gallias Legatus, & Gallicæ Nationis Protector; dies tandèm compleuit, & munera 30. Decembris an. 1586. (2).

GABRIEL PALEOTTVS Bononienſis, literis præſtans ſi quis alius id ætatis, à Pio IV. ſacro pileo inſignitus an. 1565., & primus Patriæ Archiepiſcopus à Gregorio XIII. declaratus eſt. Poſtquàm verò vniuerſæ Eccleſiæ in Tridentino Concilio, & ſibi concreditæ verbis, ac exemplis profuiſſet, deſijt viuere 22. Iulij an. 1597. Scripſit *Diatribam de Nothis: De Sacris, & profanis Imaginibus: De bono Senectutis: Deciſiones Romanæ Rotæ: de Cęlibatu Sacerdotum*, & alia eruditiſſimè [3].

CAROLVS GRASSIVS Bononienſis, Montis Faliſci Antiſtes, ob ſudores Tridenti fuſos pro S. Sedis dignitate, à Pio IV. purpureę clamydis mercedem nactus eſt an. 1570., qua tamèn parùm frui potuit, poſteriore anno occumbens. Lucubrauit

(1) *Rondinin. de Baſil. SS. Ioan. & Pauli cap. 4. pag.* 49. (2) *Ciaconius tom. 3. col.* 930. (3) *Idem tom* 3. *col.* 979.

Tractatum de Eccleſia ab Hæreticorum perfidia vindicanda [1].

PHILIPPVS BONCOMPAGNVS Bononienſis, ex Ducibus Soræ, intèr Presbyteros Cardinales à Gregorio *XIII.* eius Patruo connumeratus eſt anno 1572. In Gallias Legatus, Summus Pœnitentiarius, & Liberianæ Baſilicæ Archipresbyter, omnia munera geſſit egregiè. At præcoce nimis exitu, in flore annorum ab humanis diſceſſit 9. Iulij anno 1586. (2).

PHILIPPVS VVASTAVILLANVS Bononienſis, à Gregorio *XIII.* in Diaconorum Cardinalium Ordinem aſſumptus an. 1574., & ampliſſima Camerarij Rom. Eccleſiæ Dignitate auctus, in robuſta ætate 16. Auguſti an. 1587. cedere morti coactus eſt (3).

ALEXANDER RIARIVS Bononienſis, ex olìm Regulis Foroliuij, & Imolæ, dùm Patriarchæ Alexandrini nomen obtineret, ab eodem Gregorio purpuram accepit an. 1578. Philippo II. Hiſpaniarum Regi Luſitaniæ coronam impoſuit, Peruſiam, & Vmbriam Legatus rexit, Signaturæ Iuſtitiæ Præfecturam exercuit. Tandèm 18. Iulij an. 1585. exuit mortalitatem [4].

IVLIVS CANANIVS Ferrarienſis, ob exantlatos in Tridentina Synodo labores à Gregorio *XIII.* Presbyter Cardinalis dictus an. 1583., & Flaminiæ Legatus, cum ſe iuſtè, & ſapientèr in omni fortunà geſſiſſet, 29. Nouembris an. 1592., apùd

(1) *Ciaconius tom.* 3. *col.* 1046. (2) *Idem tom.* 4. *col.* 45. (3) *Idem tom.* 4. *col.* 46. (4) *Idem tom.* 4. *col.* 54.

futuras

futuras ætates diù permanſurus, oſtrum reliquit, ac vitam (1).

ALBERTVS BOLOGNETTVS Bononienſis, Maſſæ Populoniæ Antiſtes, intèr Patres Conſcriptos ab eodem Gregorio cooptatus an. 1583., dùm Polonia reuertens Romam feſtinaret, 19. Iunij an. 1587. in Germania dies ſuos clauſit: Scripſit eruditè *Diſputationes de Lege, Iure, & Æquitate: ac Commentaria de Verborum obligationibus* (2).

GVIDO PEPPVLVS Bononienſis, ex Comitibus Caſtillionis, ob præclara virtutum merita in Cętum Diaconorum Cardinalium à Sixto V. deſcriptus eſt an. 1588., ſed immatura morte raptus an. 1599. ſenium videre non potuit [3].

PHILIPPVS SEGA Bononienſis, poſtquàm ſtrenuam operam S. Sedi nauauit, ab Innocentio IX. Presbyter Cardinalis promulgatus an. 1591., mòx Gallicà Legatione auctus eſt. Demùm 28. Maij an. 1596. ad quem mortales naſcuntur, exitum peruenit (4).

ANTONIVS FACHINETTVS Bononienſis, ex Marchionibus Vianini, à Patruo Innocentio IX. Cardinalatus inſignia ſuſcepit an. 1591. Verùm decepta Romanæ Aulæ expectatione, mortem omni ætati communem Iuuenis adhùc ſubiuit 18. Maij an. 1606. [5].

LAVRENTIVS BLANCHETTVS Bononienſis, legum ſcientia conſpicuus purpuram Vaticanam à

[1] *Guarinus in Comp. Hiſtor. lib. 3. pag. 122.* (2) *Ciaconius tom. 4. col. 95.* (3) *Idem tom. 4. col. 200.* (4) *Idem tom. 4. col. 296.* [5] *Idem tom. 4. col. 297.*

Clemente *VIII.* in ſuarum virtutum præmium reportauit an. 1596. Dies autèm clauſit, & munera 22. Martij an. 1612. (1).

BONIFACIVS BEVILAQVA Ferrarienſis, ex Comitibus Macaſtranę, Patriarcha Conſtantinopolitanus ad rubri pilei honorem vocatus eſt à Clemente *VIII.* anno 1598. Sacræ Conſultæ Præfectus, Peruſiæ, & Vmbriæ Legatus, ac Ceruienſis Pręſul fuit. Tandèm à Gregorio XV. Tornani Ducis nomine inſignitus, dùm Tuſculanæ Eccleſiæ præſideret, morti ceſſit 7. Aprilis an. 1627. (2).

ALEXANDER ESTENSIS ex olìm Ducibus Ferrariæ, intèr Diaconos Cardinales à Clemente *VIII.* delectus eſt an. 1598. Regij Lepidi Eccleſiam optimus Parens, & Paſtor gubernauit. Deniquè 22. Maij an. 1624. magnà doctrinæ, & probitatis famà occubuit [3].

DOMINICVS GYMNASIVS à Caſtro Bononienſi, multiplici virtutum ornatu clariſſimus, à Clemente *VIII.* ſacri muricis decus conſecutus eſt anno 1603. Poſtquàm verò, & conſilio, & operibus Romanæ Sedis felicitati, ac gloriæ, ſi quis alius Collegarum ſuorum contuliſſet, Epiſcopus Oſtienſis, & Ampliſſimi Ordinis Decanus 13. Martij anno 1639. diem clauſit extremum. Scripſit doctiſſimè *Interpretationes in Pſalmos*: & *Annotationes in Penthateucon* (4).

HIERONYMVS AGVCCIVS Bononienſis, ex Sancti Spiritus Præfecto ab eodem Clemente ad

(1) *Ciacon. tom.* 4. *col.* 303. (2) *Idem tom.* 4. *col.* 314. [3] *Idem tom.* 4. *col.* 342. [4] *Idem tom.* 4. *col.* 346.

Cardina-

Cardinalatum accerſitus eſt an. 1603.; non tamèn diù potiri valuit ea dignitate, præcoci exitu ſublatus 27. Aprilis an. 1605. (1).

CAROLVS EMANVEL PIVS A SABAVDIA, ex olim Comitibus Carporum, Ferrarienſis, in Diaconorum Cardinalium cętum à Clemente VIII. relatus eſt an. 1603. Demùm Epiſcopalem Ordinem ingreſſus, Sacri Collegij Decanus, 1. Iulij an. 1641. vitam mutauit in mortem [2].

MICHAEL ANGELVS TONTVS Ariminenſis, de Chriſtianà Republicà optimè meritus, à Paulo V. Rubei galeri mercedẽ lucratus eſt an. 1608. Infulã Nazarenam, & Cęſenatem geſſit, Romæ Collegiũ Nazarenũ inſtituit, & tandèm imortalis apùd poſteros 21. Aprilis an. 1622. debitum commune perſoluit (3).

AVGVSTINVS GALAMINVS à Fugnano Prędicatorum Familiam, cui dedit nomen, & Generalis Magiſter præfuit, eminentià doctrinæ, ſanctimoniæ, & dignitatis illuſtrauit. A Paulo V. intèr Presbyteros Cardinales electus eſt an. 1611., Epiſcopatus Recinetenſem, & Auximanum rexit; demùm ab humanis digrediens 6. Septembris an. 1639. Romanam Eccleſiam virtutum ſuarum lumine, ac præſidio priuauit [4].

GVIDO BENTIVOLVS Ferrarienſis, ex Marchionibus Gualterij, euehi ad Cardinalatum meruit à Paulo V. an. 1621.; Vir tùm fama geſtarum rerum, tùm omnigena eruditione toti Europę notiſſimus, quem 7. Septembris an. 1644. mortalitas conſecuta eſt. In lucem protulit; *Hiſtoriam Belgi-*

(1) *Ciacon. tom.* 4. *col.* 360. (2) *Idẽ tom.* 4. *col.* 364. (3) *Idem tom.* 4. *col.* 416. [4] *Idem tom.* 4. *col.* 428

cam,

cam, *Epiſtolas*, *&* *Commentaria* eximio ſtyli nitore lucubrata (1).

LVDOVICVS LVDOVISIVS Bononienſis, ex Principibus Plumbini, à Patruo Gregorio XV. Patriæ Tiarà, & ſacræ purpuræ Inſignibus decoratus eſt an. 1621. Eum idem Pontifex maioribus Præfecturis cumulauit; Camerarium nempè Rom. Eccleſiæ, Aucnionis Legatum, Breuium Signaturæ Præfectum, ac Vicecancellarium dixit. At inexorabilis mors nèc Dignitatibus, nèc ætati pepercit. Obijt enim adhùc iuuenis 18. Nouembris an. 1632. (2).

FRANCISCVS SACRATVS Ferrarienſis diuinæ ſcientiæ cognitione excellens, Presbyter Cardinalis Gregorij XV. an. 1621., & Epiſcopus Cęſenas, paruo emolumento fuit vtrique Eccleſiæ, & Romanæ, & ſibi commiſſæ, non multò poſt Romæ decedens 6. Septembris an. 1623. [3].

FRANCISCVS BONCOMPAGNVS Bononia oriundus, ex Ducibus Soranis, ab eodem Gregorio rubrum pileum ſuſcepit: Peruſiam, atquè Vmbriam Legatus, Neapolim verò Archiepiſcopus moderatus eſt, vbì 9. Decembris an. 1641. à viuentibus abijt (4).

MARCVS ANTONIVS GOZZADENVS Bononienſis, intèr Purpuratos Patres à Gregorio XV. eius Affini adnumeratus an. 1621. Tiburtinã, & Fauentinam Eccleſias inſigni zelo gubernauit, ante-

[1] *Ciaconius tom.* 4. *col.* 454. [2] *Idem tom.* 4. *col.* 480. (3) *Idem tom.* 4. *col.* 480. (4) *Idem tom.* 4. *eadem col.* 480.

quàm.

quàm deponeret mortalem carnem 1. Semptembris an. 1623. (1).

BERNARDINVS SPADA à Brixichella, ob præſtantiſſimas dotes, quibus ſuprà multos coętaneos eluxit, ab Vrbano VIII. ad Cardinalatum euocatus eſt an. 1626. Legationem Bononiæ ſuſtinuit, & grauiora S. Sedis negocia mira virtute tractauit. Tandèm 10. Nouembris an. 1661., dùm Præneſtino Epiſcopatu frueretur, perenni deſiderio ſui cunctis Ordinibus relicto, ab huius lucis vſurà demigrauit [2].

BERLINGERIVS GYPSIVS Bononienſis, Presbyter Cardinalis Vrbani VIII. an. 1626., & Signaturæ Præfectus, rebus in hac, & minori fortuna geſtis clariſſimus, 6. Aprilis an. 1639. munera, & vitæ curriculum abſoluit (3).

IOANNES FRANCISCVS ex Comitibus GVIDIS, Montisbelli Marchio, ab Vrbano VIII. in Ampliſſimorum Patrum Collegium admiſſus eſt an. 1628. Tiaras obtinuit Ceruicenſem, & Reatinam. Deniquè cunctis officijs pari laude perfunctus, 25. Iulij an. 1641. requieuit [4].

VLDERICVS, ex Comitibus CARPINEI, Flaminius, dùm Eugubinam Eccleſiam regeret, ab Vrbano VIII. muricis ſacri ornamentum acquiſiuit an. 1630. Mòx ad Tudertinam Sedem translatus, commiſſos Populos magìs exemplo, quàm verbis ad virtutum ſequelam incitauit [5].

AVGVSTINVS OREGGIVS à S. Sophia, Theo-

[1] *Ciaconius tom.* 4. *col.* 489. (2) *Idem tom.* 4. *col.* 542. (3) *Idem tom.* 4. *col.* 545. (4) *Idem tom.* 4. *col.* 574. [5] *Idem tom.* 4. *col.* 592.

logicæ

logicæ facultatis ſcientia, niſi princeps, certè ſecundus æui ſui paucis, ab Vrbano VIII. ad Cardinalatus amplitudinem euectus eſt an. 1633., & ad Beneuentanam Cathedram. At parùm his pręmijs lętari potuit, non multò poſt decedens 12. Iulij an. 1635. Scripſit doctiſſimè *Tractatus de Anima: De Deo: De Angelis: De Trinitate: De Incarnationis myſterio: & de Hierarchia Eccleſiaſtica* (1).

CÆSAR FACHINETTVS Bononienſis, ex Marchionibus Viuiani, cum ſe incomparabili ſtrenuitate geſſerit in arduis S. Sedis miniſterijs, ab Vrbano VIII. purpuram an. 1643., mòx Epiſcopatus Senogallienſem, & Spoletanum adeptus eſt [2].

CAROLVS ROSSETTVS Ferrarienſis, Vrbani VIII. Diaconus Cardinalis an. 1643., nèc non Epiſcopus Fauentinus, in Monaſterienſi, & Oſnabrucenſi Conuentu Legationem obijt grauiſſimam. Tandèm 23. Nouembris an. 1681. à paſtoralibus curis moriens ceſſauit [3].

PAVLVS ÆMILIVS RONDININVS, origine Brixichellenſis, ab Vrbano VIII. intèr Ampliſſimos Patres admiſſus eſt. Tenuit Cathedram Aſſiſienſem Pręſul, & demùm 16. Septembris an. 1668. vniuerſæ Carnis requiem introiuit (4).

NICOLAVS ALBERGATVS Bononienſis ab Innocentio X. Patriæ Archiepiſcopatu, & ſacrà purpurà exornatus an. 1645., vtrumque munus geſſit egregiè. Legatus à latere ad Annam Philippi IV. Catholici Regis ſponſam profectus eſt, qui illi

[1] *Ciaconius tom. 4. col. 592.* (2) *Idem tom. 4. col. 621.* [3] *Vghellus tom. 2. in Epiſc. Fauent. num. 61.* (4) *Ciaconius tom. 4. col. 633.*

opulen-

opulentiſſimas Eccleſias Montis Regalis, & Panormi in dilectionis argumentum obtulit. Deniquè ſummi Pęnitentiarij gradu vitam clauſit (1).

IACOBVS CORRADVS Ferrarienſis, quem Innocentius X. ob laudem doctrinæ, & probitatis Cardinalatus honore dignatus eſt, & Epiſcopatu Æſino an. 1652.; Alexander autèm VII. Datarij gradu. Suis tandèm diebus finem impoſuit 17. Ianuarij an. 1666. [2].

FRANCISCVS ALBICEVS Cęſenas, ab eodem Innocentio ob eminentis literaturæ merita, in Cardinalium Collegium cooptatus an. 1654., poſtquàm annos triginta in ſumma Romanæ Aulæ exiſtimatione, ac celebritate vixiſſet, naturæ conceſſit 4. Octobris an. 1684. Scripſit, & in lucem emiſit *Diſſertationes de Iuriſdictione Cardinalium in Titularibus Eccleſijs: Additionem ad Cępollam de Seruitutibus: Reſponſionem aduersùs Fratrem Paulum: De Inconſtantia in iure admittenda vel non: De Inconſtantia hominum circà Virtutes Fidei, Spei, & Charitatis*, ac alia (3).

CAROLVS PIVS A SABAVDIA Ferrarienſis, ex Principibus S. Gregorij, ab Innocentio X. in Purpuratorum Albo deſcriptus an. 1654., Vrbini Ducatum Legatus rexit, Patriam Antiſtes. Demùm 13. Februarij an. 1689. ab hac vita migrauit (4).

NICOLAVS EX COMITIBVS GVIDIS, Montis bellij Marchio, ſtrenuus in iuuentute bellator, grauis in ſenio Præſul, ab Alexandro VII. Presbyter

[1] *Ciaconius tom. 4. col. 670.* (2) *Idem tom. 4. col. 692.* (3) *Idem tom. 4. col. 700.* (4) *Vghellus tom. 1. in Epiſc. Sabinen. num.* 130.

Cardinalis dictus eſt an. 1657., & Epiſcopus Senogallienſis. Cum tandèm vidiſſet cadentes annos, 23. Auguſti an. 1663. onus carnis depoſuit.

CÆSAR RASPONVS Rauennas, multis naturæ, & artis donis honeſtatus, in Cardinalium cętum ab Alexandro VII. introductus eſt an. 1666., quod Interpres Pacis intèr Pontificem, & Ludouicum XIV. Galliarum Regem extitiſſet. Scripſit doctè *de Baſilica Lateranenſi libros quatuor*.

GASPAR è Comitibus CARPINEI, ex Æmilia oriundus, Presbyter Cardinalis Clementis X. an. 1670. Diù Romam, vices Pontificias gerens, in ſpiritualibus moderatus eſt. Demùm plenus honoribus, & annis 6. Aprilis an. 1714. ad exitum peruenit.

FABRITIVS SPADA, ex Marchionibus Caſtri Viſcardi, origine Flaminius, ab eodem Clemente ad Cardinalatum promotus eſt an. 1677. Sub Innocentio XI. Vrbinatium Legatus, ſub Innocentio XII. à Secretis Status, ſub Clemente XI. Signaturæ Iuſtitiæ, & S. Officij Præfectus parem, & ſum̃am in cunctis muneribus laudem reportauit. Deniquè 15. Iunij an. 1517. diem obijt ſupremum.

ANGELVS RAINVTIVS, ex Comitibus Porettæ, Bononienſis, grauibus miniſterijs functus ad numerum Ampliſſimorum Patrum ab Innocentio XI. aggregatus an. 1486., Fanenſis Pręſul, & Patriæ Archiepiſcopus conſtitutus eſt. Tandèm Dignitates, & vitam amiſit 27. Septembris anno 1689. (1).

(1) *Vghellus tom. 1. in Epiſc. Fanen. num. 56. & tom. 2. in Bonon. num. 105.*

ANTO-

ANTONIVS SEBASTIANVS TANARA, ex Marchionibus Serræ, Bononienſis, ſatìs probata virtute ab Innocentio XII. Romanam purpuram anno 1695., Vrbinatis Dominij Legationem, Congregationis Immunitatis Præfecturam, & alia munera acquiſiuit. Demùm 4. Maij an. 1724. in Sacri Collegij Decanatu occubuit.

ALEXANDER CAPRARA Bononienſis, cum diù in Rom. Rotæ Auditorio laboraſſet, à Clemente XI. rubei Galeri premium in cadenti ætate conſecutus eſt an. 1706., & honeſtiſſimum ſenectuti finem; qua tandèm confectus 8. Iunij an. 1711. requieuit.

VLYSSES IOSEPH GOZZADENVS Bononienſis, politioribus literis excultus, ab eodem Clemente intèr Sacri Collegij Patres, ſuis id exigentibus meritis deſcriptus an. 1709., mòx Epiſcopus Imolenſis, & Flaminiæ à latere Legatus dictus eſt. Apùd Iſabellam Farneſiam, Philippi V. Catholici Regis Sponſam, ſplendidiſſimam Legationem obijt; nùnc verò, vt optimum Paſtorem decet, Eccleſiam ſuam moderatur.

IOANNES ANTONIVS DAVIA Bononienſis per varios munerum, & honorum gradus ad Cardinalatum ſcandit, à Clemente XI. an. 1712. iuſtiſſimè ſuſceptum. Ariminenſem Epiſcopatum obtinuit Antiſtes, & Flaminiam Legatus gubernauit.

CORNELIVS BENTIVOLVS DE ARAGONIA, ex Marchionibus Gualterij, Ferrarienſis, amęnis Poeſeos ſtudijs eruditus, Presbyter Cardinalis, & Æmiliæ Legatus à Clemente XI. promulgatus eſt an. 1719. Nùnc in Romana Aula inſigni magnificentia degit, & Hiſpanicæ Coronę iura procurat, & fulcit.

DE THEOLOGIS

CAPVT I.

ARMANDVS DE BELLOVISO Bononienſis, ex Ordine Prædicatorum, vtramque Philoſophiam, ſed potiſſimùm diuinam profeſſus eſt egregiè. Fuit Pontificij Palatij Magiſter ſub Clemente V. an. 1305., & ſcripſit *Volumen Difficilium terminorum in Theologia, & Philoſophia: Scholaſticam poſtillam ſuper Pſalmos Dauidicos: Commentaria in librum S. Thomæ de Ente, & eſſentia: Volumina quatuor in Sententiarum libros*, & alia (1).

GHERARDVS à Bononia, Carmelitarum Prior Generalis, & decus, ad magnam peruenit nominis celebritatem Theologicæ facultatis ſcientia. Scripſit *Tractatum de vltimis Temporibus: Librum de quatuor cauſis: Commentum ſupèr Apocalypſim: Librum Quodlibetorum: Supèr quatuor libros Sententiarum*, & alia. Tandèm à viuis repentino morbo ſublatus eſt an. 1316. [2].

ÆGIDIVS GALVTIVS Bononienſis, in Prædicatorum Familia non ſolùm Sacræ Theologiæ laude emicuit, ſed etiàm zelo in profligandis Hæreticorum viribus, quorum errores diſceptans, & ſcribens confutauit. A Ioanne XXII. eius merita inſpiciente, Archiepiſcopus Cretenſis dictus eſt anno 1328. Scripſit *Tractatum de Chriſti aduentu*;

[1] *Andreas Riuetta in Bibliot. Chronol. cent.* 2. *pag.* 33. (2) *Gherardaccius part.* 1. *lib.* 18. *pag.* 593.

& Apoſto-

& *Apoſtolorum paupertate*: *Opus aduerſùs Beguardos*, & *Beguinos* ac alia: Tandèm naturæ conceſſit an. 1340. (1).

GREGORIVS de Arimino S. Auguſtini Inſtitutum amplexus eſt, quod princeps Pariſienſis Academiæ Doctor, & Ordinis Generalis Præfectus eminentia doctrinæ, & Operum euulgatorum fama decorauit. Claruit an. 1343. & ſcripſit *Tractatus de Vſuris*: *De intentione*, & *remiſſione formarum*: *Supèr quatuor libros ſententiarum*; *ac D. Pauli Epiſtolas* commentatus eſt (2).

MICHAEL à Cęſena, ex Ordine Minorum, cui Generalis Miniſter pręfuit an. 1316., poſtquàm Pariſijs, plaudentibus vniuerſis docuiſſet. Cùm verò in errorem incidiſſet circà paupertatem Chriſti, & Apoſtolorum, ac ſententiam ſuam temerè ſcriptis tueretur, à Ioanne XXII. damnatus, & exauctoratus eſt. Demùm in Bauaria ad cor reuersùs occubuit an. 1343. (3).

HIERONYMVS SAVONAROLA Ferrarienſis, intèr Dominicanos cooptatus, quanta polleret ſcientia, operibus in lucem emiſſis comprobauit. Scripſit *Triumphum Crucis aduersùs ſui Sęculi Sapientes*, *garruloſque Sophiſtas*: *De ſimplicitate vitæ Chriſtianæ*: *Supèr Cantica Salomonis*: *Tractatus, in quo diuiduntur omnes ſcientiæ*: *Compendium Philoſophiæ tàm naturalis*, *quàm moralis*, & alia. Claruit Vir doctiſſimus an. 1490. [4].

[1] *Riuetta Cent.* 2. *pag.* 50. (2) *Iacobus Philippus Bergomen. in Supplement. Chron. lib.* 13. [3] *Claramontius in Hiſtor. Cęſen. lib.* 15. *pag.* 716. (4) *Albertus in Deſcript. Ital., Reg.* 14. *V. Ferrar.*

PHILIP-

PHILIPPVS PORCATIVS à Balneocaballo Theologus inſignis, magna ſui, & Italæ Nationis gloria in Pariſienſi Vniuerſitate vtramque Philoſophiam explicauit. Poſtquàm verò Seraphicum Cętum exornaſſet eminentis ſapientiæ fama, altero Generalis Præfecturæ anno requieuit an. 1510. Iacet Romæ in SS. *XII.* Apoſtolorum [1].

RAYNALDVS GRATIANVS à Cottignola diuinam ſcientiam ingenti plauſu expoſuit, Theologorum ſuæ tempeſtatis primus. Ordinem Conuentualium rexit, Iulij 11. Legationem intèr Hiſpanos geſſit, Raguſinam Eccleſiam Antiſtes gubernauit. Tandèm diem obijt ſupremum an. 1529. (2).

IOANNES MARIA VERRATVS Ferrarienſis profunda diuinæ Philoſophiæ cognitione, & eruditiſſimis ſcriptis ſe, & Carmelitanam Familiam illuſtrauit. Typis enim dedit *Diſputationes aduersùs Lutheranos: Tractatum de Fide, Operibus, & Meritis: De Libero arbitrio: De Prędeſtinatione: De Cultu Dei, & Sanctorum: De auriculari, & ſacramentali Confeſſione: De Eccleſia, & eius auctoritate: De Primatu Petri, & Sedis Apoſtolicæ: De Sacramento Eucbariſtiæ: De Purgatorio: De Indulgentijs: De Incarnatione Verbi*, & alia plurima. Cum tandèm in ſumma omnium exiſtimatione degeret, moriens à ſtudijs ceſſauit an. 1563. (3).

FRANCISCVS VISDOMINVS Ferrarienſis, Conuentualium Familiæ Aſſiſtens, parem ex Theologicis, & Oratorijs diſciplinis, quas medullitùs

[1] *Rodulph. in Hiſtor. Seraph. lib.* 2. *pag.* 195. (2) *Idem lib.* 2. *pag.* 195. (3) *Auguſt. Superbus in Appar. part.* 1. *pag.* 43.

nouit,

nouit, laudem reportauit. Scripſit *Diſputationes cum Hereticis de rebus Fidei* : *De Pœnis*, & *Suffragijs animarum* : *De SS. Trinitate* : & *Homilias multas*. Demùm ab hac vita diſceſſit anno 1573. (1).

AVGVSTINVS RIGHINVS Ferrarienſis intèr Minores Conuentuales non ſolùm eminuit primarijs gradibus Commiſſarij Generalis Italiæ, Aſſiſtentis, & Socij Ordinis, nèc non Caroli V. Imperatoris, ac Ferrariæ Ducum gratia, ſed literatura inſigni, & illuſtrium laborum fama. Scripſit, & typis dedit *Tractatus de Fide*, & *Operibus*: *De Spei neceſſitate* : *De Virtutibus* : *De Sacramentis* : *De Amore Dei ad hominem* : *De Confeſſione* : *De Morte* : *De reſtitutione* : *De Numero ſaluandorum* : *De Suffragijs mortuorum* : *De Peccato* : *De Indulgentijs*, & alia: Deniquè vitam cum morte commutauit an. 1583. (2).

ÆGIDIVS FVSCARARIVS Bononienſis, ex Ordine Prædicatorum, à Tridentini Concilij Patribus Arca ſcientiarum appellatus, Mutinenſis Antiſtes fuit, & magno non minùs ſuæ, quàm vniuerſæ Eccleſiæ emolumento. *Miſſale*, & *Breuiarium Romanum* caſtigauit, ac eruditè ſcripſit *in Morali*, & *Speculatiua Theologia Volumina duo* : *In materia Philoſophica Volumen vnum* : *Commentaria ſupèr Sacram Scripturam*, & alia. Viuebat an. 1584. Romæ tandèm occubuit, & in Regulari Templo dormit [3].

[1] *Franchinus in Biblioſophia pag.* 252. (2) *Rodulphius in Hiſtor. Seraph. lib.* 3. *pag.* 310. [3] *Riuetta Cent.* 4. *pag.* 146.

IOANNES BAPTISTA RVBEVS Rauennas, in Archigymnaſio Almæ Vrbis ſacrarum paginarum Interpres, Carmelitarum Generalis Præfectus, Commiſſarius Apoſtolicus in Hiſpaniam, & Luſitaniam, Pontificibus Maximis, & Regibus apprimè charus ob ornamenta omnigenæ literaturæ. Intèr Theologos æui ſui primarios adnumeratus eſt, ac Romæ depoſuit mortalitatem anno 1578. (1). Eum S. Thereſia Monialium Carmelitanæ Familię Parens nouit, allocuta eſt, & Epiſtolis filialis obſequij plenis impenſiſſimè coluit [2].

OCTAVIANVS STRAMBIAGVS Rauennas Franciſcanæ Familiæ ornamentum attulit ſublimitate doctrinæ, quam in præcipuis Ordinis ſui Gymnaſijs, præſertim SS. XII. Apoſtolorum Romæ, & in Taurinenſi Vniuerſitate magna Auditorum admiratione profeſſus eſt. Scripſit *de Prædeſtinatione: De Libero arbitrio: De Symbolo Fidei: In ſcriptum Oxonienſe Ioannis Scoti*, & alios *Philoſophicos Tractatus*. Tandèm ſibi parta documentis, & ſcriptis perenni fama, ab hominum conſortio exceſſit an. 1596. (3).

EVSTACHIVS DALEI Bononienſis intèr Dominicanos initio ſęculi decimi ſexti diuinæ Philoſophiæ ſcientia celeberrimus fuit. Scripſit *Tractatum de Auxilijs diuinæ gratiæ: Supèr libros de Anima: Quęſtiones de Anima, & de Phyſico auditu: Super 8. lib. Phyſicorum: Commentaria, &*

[1] *Creſcimbenius in Hiſtor. Vulg. Poeſis Vol. 1. lib. 5. pag. 441.* (2) *Ex Epiſtolis S. Thereſiæ, Epiſt. XIII.* (3) *Franchinus pag. 508.*

Quæſtiones

Queſtiones in Logicam, ac alia (1).

FRANCISCVS DIOTALEVIVS Ariminenſis, omnium ſcientiarum ſtudioſiſſimus, ex Theologica facultate maiorem, quàm ex cęteris laudem comparauit. Scripſit felici calamo *Librum de Auxilijs: De concurſu Dei ad actus liberos voluntatis creatę*, ſed celebre Opus *de Vſuris*, non perfecit, pręreptus immatura morte anno ætatis 41., dùm ex Epiſcopo S. Angeli, & Poloniæ Nuncio vocaretur ad purpuram [2].

PHILIPPVS DE FABRIS Fauentinus, intèr Minores Conuentuales claruit, Romæ S. Officij Conſultor, & in Patauino Gymnaſio Scholaſticæ doctrinæ Interpres, vbi, & docendo, & ſcribendo iàm celebris, & glorioſus obijt an. 1630., Typis dedit *Tractatus de Prædeſtinatione: De Reſtitutione, & Extrema Vnctione: De Pęnitentia, Peccatis, Purgatorio &c. Aduersùs impios Atheos: De Sacramento Ordinis, Pęnis, & Cenſuris Eccleſiaſticis: De Primatu Pontificis Romani: Philoſophiam naturalem Scoti, in Theoremata diſtributam: In quatuor libros ſententiarum*, & alia (3).

HIERONYMVS DANDINVS Cęſenas è Societate Ieſu, in Sorbonica Vniuerſitate Doctor illuſtris, & Clementis *VIII.* ad Maronitas Legatus. Scripſit, & vulgauit *Queſtiones de Corpore animato in libros tres Ariſtotelis de Anima: Ethica autèm Sacra de Virtutibus, & Vitijs* poſt eius interitum in lucem venit. Foroliuij tandèm ſe-

(1) *Riuetta Cent.* 5. *pag.* 160. [2] *Ian. Nicius Erythræus in Pinacotheca* 1. *pag* 282. (3) *Franchinus pag.* 204.

nio confeſſus occubuit an. 1636. [1].

SERAPHINVS CAPPONIVS è Poretta, qui & integerrimis moribus, & probatiſſimis Scriptis non paruo fuit Ordini Prædicatorum ornamento. Edidit *Veritates aureas aduersùs Hæreſes: Tractatus ſupèr quinque libros Moyſis: Supèr Pſalmos Dauidicos: Supèr quatuor Euangelia: Concluſiones, & Formalitates ſupèr Summam S. Thomæ*, & alia quæ *ad naturalem Philoſophiam* ſpectant mira ſubtilitate elaborauit (2).

MODESTVS GAVATIVS Ferrarienſis, ex Conuentualium Sodalitio, Theologi profundi nomen & lingua, & calamo lucratus eſt. Ex Procuratore Generali, & Conſultore S. Officij ad Archiepiſcopalem Theatinam ſedem extolli meruit, in qua diem clauſit ſupremum an. 1658. Scripſit, & impreſſit *Tractatus de Macula peccati permanentis, perſonalis, & originalis: Opuſcula Theologica: De Eucharistiæ Sacramento* (3).

VINCENTIVS LVDOVICVS GOTIVS Bononienſis, in Gymnaſio Patriæ celebris Controuerſiarum Lector, Dominicani Ordinis ſplendorem luminibus ſuæ mentis auxit. Scripſit *aduersùs Iacobum Picenninum*, Opus, cui titulus eſt *Vera Chriſti Eccleſia oſtenſa ſignis, & dogmatibus, in Tomos duos an.* 1719. *Colloquia Theologico-Polemica an.* 1727. in eundem Hereſeos cultorem.

(1) *Philip. Alegambo in Bibliot. Scriptor. Soc. Ieſu pag.* 338. (2) *Riuetta Cent.* 5. *pag.* 164. [3] *Franchinus pag.* 504.

DE IV-

DE IVRIS CONSVLTIS

CAPVT II.

BVLGARVS DE BVLGARIS Bononienſis, ob legum peritiam, & alia animi ornamenta ad obeundas Friderici Æneobarbi in Italia vices delectus eſt. Scripſit *Commentaria ſupèr Tit. Digeſtorum de Regulis Iuris* : *Summam &c.* & obijt ſupremum diem an. 1167. (1).

AZZO PORTIVS Bononienſis, Tuba Veritatis, & Fons legum nuncupatus, tanta doctrinæ fama Ciuiles Textus enodauit, vt ad eum audiendum decem mille Tyrones confluxiſſe memoretur. Scripſit *Summam ſupèr 4. lib. Inſtitutionum* : *Ad omnes titulos Codicis* : *Apparatum magnum Gloſſarum ſupèr Codicem* : Tandèm intèr communes lacrymas deceſſit an. 1200. [2].

FRANCISCVS ACCVRSIVS Bononienſis, Riccardi Anglorum Regis Conſiliarius, Toloſę intèr Gallos Iura interpretatus eſt. Scripſit *ſupèr Digeſta, Codicem, & multas Quæſtiones* : *Additamenta fecit Gloſſis Accurſij Patris*. Demùm ingenti relicta de ſe fama interijt an. 1294. (3).

IOANNES AVGVSELLVS Cęſenas, Patauij, & Bononiæ elucidauit Leges an. 1300. Scripſit doctiſſimè *de Proteſtationibus* : *De Sponſalibus, & Matrimonijs*; quæ Opera illi non modò clarum,

(1) *Peregrinus Orlandus pag. 76.* (2) *Gherardaccius part. 1. lib. 4. pag. 121.* (3) *Peregr. Orlandus pag. 116.*

ſed æternum nomen pepererunt (1).

LAMBERTINVS RAMPONIVS Bononienſis, præſtans Iuris vtriuſque Antiſtes, & intèr ſuæ ætatis principes adnumeratus, exarauit *Tractatum de Conſilijs habendis : Additiones ad Bartholum &c.* Dies tandèm ſuos impleuit an. 1304. (2).

FRIDERICVS DE SCALIS Bononienſis, celebris & ipſe Doctor ſcripſit *Conſilia : Quæſtiones varias*, & *Tractatus de Statu Eccleſiæ*, Literatorum plauſum exigentes [3].

PAVLVS ELEAZARIVS Bononienſis in præcipuis Italiæ Gymnaſijs tùm calamo, tùm lingua omnium laudes, & admirationem meruit an. 1340. Scripſit acutiſſimas *Quæſtiones in Pontificio Iure : Repetitiones multas : Epitomem Clementinarum*, & alia (4).

IACOBVS BVTRIGARIVS Bononienſis, glorioſus Bartholi Præceptor, & ſcientiæ legalis decus. Scripſit *ſupèr Digeſtum nouum*, & *Codicem*. *In titulum quoque de Actionibus: Commentarium de Dotibus, Oppoſitione compromiſſi, Teſtibus, & Renunciationibus: Iuris Ciuilis Tractatus, & plurimas Diſceptationes &c.* Tandèm apùd omnes clariſſimus, & numquàm ab hominum memoria dilapſurus naturæ conceſſit an. 1347. [5].

IOANNES ANDREAS in Mugellana Regione exortus, ſed Bononienſis Ciuis, Piſis, Pata-

[1] *Ioan. Andreas in lib. de Reg. Iur. in Sexto.* [2] *Guido Panzirol. de Clar. LL. Interpret. lib.* 2. *cap.* 57. (3) *Fanuſius Campanus de Famil. Illuſtr. lib.* 5. [4] *Panzirol. lib.* 3. *cap.* 22. [5] *Idem lib.* 2. *cap.* 56.

uij, &

uij, & Bononiæ Legum Interpres celeberrimus fuit, ob profundam earum cognitionem, lumen Mundi, fons, & tuba Iuris Canonici appellatus. Poſtquàm autèm docendo, & ſcribendo ad ſummam nominis celebritatem perueniſſet, an. 1348. commune debitum perſoluens à laboribus ſuis requieuit. Scripſit *Commentariorum Volumina duo : Additiones ad Speculum Durandi : Tractatus de Filijs Presbyterorum : De conſanguinitate, & affinitate &c.* (1).

GASPAR CALDERINVS Bononienſis adeò integritate morum, & vtriuſque Iuris doctrina emicuit, vt Clemens VI. Pont. Max. illum Conſiliarij Pontificij gradu dignatus ſit. Scripſit *Varia Reſponſa : Commentaria in Decretales, ac de Interdicto Eccleſiaſtico*. Vitàm tandèm cum morte commutauit an. 1350. (2).

IOANNES CALDERINVS Bononienſis, non minore quàm Gaſpar ſcientia ornatus, apùd Vrbanum V. Papam, & Carolum IV. Bohemiæ Regem ab intimis Conſilijs extitit. Scripſit *Conſilia, & Repetitiones multas : Tractatus de Æquitate Iuris, & de Eccleſiaſtica poteſtate*. Eum demùm mortalitas conſecuta eſt an. 1365. [3].

IOANNES LIGNANVS ortu Mediolanenſis, Patria Bononienſis, vbi propagauit Genus, & legum Interpres claruit. Eum Vrbanus V. non ſolùm benignè reſpexit, ſed Temporalem Vicarium Bononiæ, meri, mixtique Imperij Ditione, conſtituit an. 1378. Scripſit *De Cenſura Eccleſiaſtica :*

(1) *Ioan. Ficard. in Vitis Recen. I. CC.* (2) *Panzirol. lib. 3. cap. 21.* (3) *Gherardac. part. 2. lib. 24. pag. 289.*

De Inter-

De Interdicto : Diſputationes de Decreto : De Beneficiorum Eccleſiaſticorum pluralitate , & alia . Tandèm velùt omnium Parens in ampliſſimo Magiſtratu deceſſit an. 1383., proſequentibus funus non abſquè lacrymis Senatu , ac Populo (1) .

ANTONIVS à Butrio, intèr clariores æui ſui Canonum Profeſſores collocandus, Florentiæ, Bononię, & Ferrariæ Ius Pontificium interpretatus eſt . Scripſit *Repertorium Iuris Canonici , & Ciuilis , ac in Clementinas : Tractatus de Notorio : Conſilia &c.* Deniquè vitæ finem impoſuit an. 1408. (2) .

BARTHOLOMÆVS SALICETVS Bononienſis, legum Monarca nuncupatus , Patauij, & Ferrariæ Codices magna ſui laude , ac gloria declarauit . Scripſit *Commentaria in quatuor partes ſupèr Codicem , & Digeſtum : De Obligatione verborum : De Mora, eiuſque effectu .* A mortalibus abijt an. 1411. (3) .

MATTHÆVS MATTESYLLANIVS Bononienſis, non minùs documentis , quàm ſcriptis memorandus , exarauit *Tractatus de Succeſſionibus : De Interpretatione Legum : De Electione verioris Opinionis : De Contrarietatibus Bartholi : De Extenſione : & Singularia .* [4] .

PETRVS DE ANCARANO Bononienſis , domi , foriſque vtriuſque Iuris doctrina celebris , conſumata ſcribendo , & docendo vita , dies ſuos Conſtantiæ clauſit an. 1415. : Extant eius ſcripta *ſupèr*

[1] *Hieron. Ghillinus in Theat. Viror. Literat. Vol. 2. pag.* 129. [2] *Peregrin. Orlandus pag.* 59. [3] *Panzirol. lib. 2. cap.* 78. (4) *Idem lib. 2. cap.* 81.

Decreta-

Decretales, *Sextum*, *& Clementinas*; *Super Digeſtum vetus*, *& nouum*; *ac Conſilia*. [1].

IOANNES NICOLETTVS Imolenſis, cognomento Imola, Patauij, Ferrariæ, & Bononiæ Legum textus eximiè expoſuit, intèr ætatis ſuæ Interpretes niſi princeps, ſecundus nemini. Commentatus eſt *Decretalia*, *& ſextum Clementinarum*; *Lecturas*, *Conſilia*, *& Tractatus de Appellationibus* reliquit. Tandèm glorioſam vitam clauſit an. 1437. (2).

ANDREAS BARBATIA Iuris vtriuſque Antiſtes, Meſſanæ exortus, ſed Bononiæ Ciuis, vbì documenta præſtantiſſimè dedit an. 1442., & dies terminauit. Fuit à Conſilijs Ioannis Aragoniæ Regis, & ſcripſit *Conſiliorum Volumina quatuor*: *Tractatum de Cardinalibus*: *& Repetitiones* (3).

ALEXANDER TARTAGNVS Imolenſis, Ferrariæ, Patauij, Ticini, & Bononiæ Cathedras eminentia doctrinæ decorauit, Oraculum Italiæ, Pater Veritatis, & Legum Monarca proclamatus. Scripſit *Conſiliorum Volumina ſeptem*, *Commentaria Iuris*, *& Reſponſa*. Deniquè apùd omnes nomen nunquàm periturum conſecutus, mortalitati ceſſit an. 1477. [4].

FELINVS SANDÆVS Ferrarienſis, Vir in ciuili Iure Conſultiſſimus, & ſub Innocentio VIII. Romanæ Rotæ Auditor, multa poſteritati demandauit ingenij ſui monumenta: Scripſit *in Decre-*

[1] *Ioan. Ficard. in Vit. Recen.* l. CC. (2) *Panzirol. lib.* 2. *cap.* 88. [3] *M. Anton. Mantua in Epiſt. Viror. Illuſtr.* (4) *Albertus in Deſcript. Ital. Reg.* 14., *V. Imol.*

talium

talium libros : *Ad initiatum ab Abbate Opus* : *De Iurepatronatus* : *De Neapolitanis Regibus* : *De Conſtitutionibus* : *De Reſcriptis* : *De Tregua*, *& Pace*, ac alia (1).

IOANNES MARIA RIMINALDVS Ferrarienſis, legum Profeſſor inſignis, ſcripſit *Conſiliorum Volumina* ; *& Iuris Ciuilis Commentaria* : Tandèm à mortalium conſortio exceſſit an. 1497. (2).

VINCENTIVS PALLEOTTVS Bononienſis, peritiſſimus Doctor, & Eques Anglorum Regis, poſtquàm diù in Patria docens, & ſcribens magnam celebritatem meruiſſet, an. 1498. occubuit, & octo Filiorum humeris, illi extrema amoris, & doloris officia ſoluentium, elatus eſt. Scripſit *Tractatum de Arte* : *Repetitiones varias*, & alia [3].

PETRVS THOMAIVS Rauennas, inaudita memoria vbiquè Terrarum celeberrimus, coràm Maximiliano Cęſare prætèr Decreti, Decretalium, & Sexti, ac Iuris Ciuilis librorum ſententias, Interpretum earum Legum ſuprà viginti millia, diuinorum autèm librorum ſeptem millia, ſtupentibus cunctis, qui audiebant, recitauit. Patauij, Bononiæ, Ticini, Ferrariæ, Piſis, Piſtorij, & demùm in Academijs Gripeſualdenſi, & Vittembergenſi Iura diſertè expoſuit, vbì ſumma literatorum meſtitia interijt an. 1499. *Iuris compendia* : *Alphabetum Iuris* : *Singularia* : *Tractatum de Feudis* : *& Colendæ memoriæ leges* lucubrauit (4).

(1) *Auguſtin. Superbus in Appar. Illuſtr. Ferrar. part.* 1. *pag.* 6. (2) *Guarinus in Comp. Hiſtor. lib.* 4. *pag.* 239. [3] *Panzirol. lib.* 2. *cap.* 149. (4) *Hieron. Rubeus lib.* 7. *pag.* 650.

IOAN-

IOANNES CAMPEGGIVS Bononienſis, excellentiſſimus, & conſumatiſſimus legum Monarca, & habitus, & nuncupatus, Bononiæ, & Patauij Tyrones erudiuit. Poſtremam hanc Cathedram tanta magnificentia, ac honore aſcendit, quanto Rex excipi, & coli potuiſſet. Fuit apùd Iulium II. Pont. Max., & alios æui ſui Principes gratioſus. Scripſit *Tractatus de Dote: De Teſtibus: De Statutis: Conſilia, & in Pandectas* (1).

PETRVS ANDREAS GAMMARVS à Caſali acerrimo ingenio, & incomparabili doctrina fuit, vt Operibus ſuis palàm fecit. Exarauit *Volumina de Veritate legalis ſcientiæ; De Electione Simoniaca Romani Pontificis: Tractatus de Beneficiorum permutatione: De Officio, & auctoritate Legati a latere: In lib. Topicorum Ariſtotelis, & Dialecticam de poteſtate legis* [2].

HERCVLES SEVEROLVS Fauentinus, Iuris Póntificij, & Cęſarei ſcientia penitiſſimè imbutus, Concilij Tridentini Promotor dictus eſt an. 1545. Edidit *Tractatus de Remiſſionibus litigatorum: & de Citatione per edictum publicum* (3).

AVGVSTINVS BEROVS Bononienſis, clariſſimus Antiſtes legum, quas in Patria per annos quinquaginta, intèr perennes Gymnaſij laudes explicauit. Scripſit & edidit *ſupèr Decretalibus Commentariorum Tomos tres: Conſiliorum totidem: Quęſtiones familiares, & plura Reſponſorum Volumina*. Tandèm exacta docendo, & ſcribendo vita anno 1554.

(1) *Panzirol. lib.* 2. *cap.* 127. [2] *Idem lib.* 3. *cap.* 50. (3) *Sfortia Pallauicin. in Hiſtor. Concil. Triden. lib.* 5. *cap.* 17. *n.* 19.

K

no 1554. occubuit [1] .

OCTAVIANVS VESTRIVS BARBIANVS Imolenſis, in Alma Vrbe Iuriſconſultus primarius, & per Italiam celebris, in lucem emiſit *Tractatus de Actionibus, & Iudicum moribus: De officijs, & Officialibus Romanæ Curiæ*. Demùm naturæ conceſſit an. 1572. (2).

IACOBVS PHILIPPVS PORTIVS Imolenſis, legali ſcientia non modò præditus, verùm etiàm typis notus. Scripſit *Conclusiones vtriuſque Iuris: Conſiliorum libros quatuor: De Seſtertio, ponderibus, & menſuris antiquis: De Pecunijs, ſtipendijs militaribus, & redditibus Imperatorum*. Debitum commune perſoluit an. 1562. (3).

SEBASTIANVS VANTIVS Ariminenſis, Epiſcopus Vrbeuetanus, Iuriſperitus olìm in Romana Curia conſpicuus, intèr Tridentini Concilij Patres eloquentia, & doctrina emicuit an. 1562. Pauca ſcripſit, ſed probatiſſima. Librum nempè *De Nullitate ſententiarum, atque proceſſuum* (4).

HIPPOLYTVS RIMINALDVS Ferrarienſis ingenti vixit ſapientiæ fama an. 1578., quæ in eius Operibus ſuperſtes fuit. Extant *Conſiliorum Tomi ſeptem: Tractatus de Donationibus: Repetitiones*, & alia [5].

BARTHOLOMÆVS VGOLINVS à Monte Scutulo cognitam toti Italiæ fecit ſcientiam ſuam.

(1) *Panzirol. lib.* 3. *cap.* 49. [2] *Ian. Nic. Erithræus in Pinacoth.* 3. *pag.* 118. [3] *Manzonius in Hiſtor. Episc. Imol. pag.* 334. (4) *Battaglinus in Hiſtor. Concil. part.* 2. *pag.* 501. [5] *Borſettus in Supplem. ad Guarin. pag.* 183.

Exara-

Exarauit *Tractatus de Irregularitatibus* : *De Cenſuris Romano Pontifici Reſeruatis* : *De non erigendis Monaſterijs ſine conſenſu Principis* : *De Simonia*, *Vſuris*, *Excomunicatione*, & alia (1).

IOANNES BAPTISTA LADERCHIVS Imolenſis, Montis Alti Comes, primùm à Secretis Alphonſi II. Ferrariæ, deindè Cęſaris Mutinæ Ducum, ſuum nomen auxit doctiſſimis *Conſiliorum libris*. Tandèm vita functus eſt an. 1600. [2].

HIERONYMVS BVCCAFERREVS Bononienſis, oraculum Italiæ vel ſcriberet, vel doceret. In Patria doctoream ſedem tenuit diutiſſimè, vſquè ad annum 1622. quo ſenectute, ſtudijsque confectus eam ceſſit Franciſco Mariæ filio. Emiſit in lucem *Tractatum de Differentijs intèr Iudicia Ciuilia*, *& Criminalia* (3).

VINCENTIVS VGOLINVS à Monte Scutulo Bononiæ docuit magna nominis ſui claritate, nèc minori fama elaborauit *Tractatum magis Communium opinionum contrà minùs communes* : *Additamenta ad Vantium de Nullitatibus* : *De Iuſtitia*, *& Iure* [4].

IOANNES BAPTISTA FENZONIVS à Brixichella, Iuriſconſultus doctiſſimus, & Senator Almæ Vrbis, Comentaria Legũ Romæ municipalium edidit, quibus Deciſiones Romanæ Rotę inſeruit ad Statutorum materiam pertinentes. Fuit apud Vrbanum VIII. gratioſus, & apùd omnes celebris (5).

(1) *Auguſt. Fontana in Bibliot. Legal. part.* 1. (2) *Guarinus in Comp. lib.* 4. *pag.* 217. (3) *Erithręus in Pinacoth.* 1. *pag.* 162. (4) *Idem in Pinacoth.* 1. *pag.* 30. [5] *Idem in Pinacoth.* 1. *pag.* 52.

MARCVS ANTONIVS SABELLVS à Mutiliana, in Ciuili, & Criminali Foro celebris, apud Ferdinandum *II.*, & Coſmum *III.* Magnos Etruriæ Duces, ob lumina doctrinæ gratioſus, ſcripſit, & edidit *Reſolutiones*, *& Reſponſa*: *Practicam Ciuilem*, *& Criminalem*, *ac Summam diuerſorum Tractatuum* (1).

DOMINICVS DE ZAVLIS Fauentinus intèr legum ſtudia conſenuit, Verulanos moderatus eſt Præſul, Almæ Vrbis Viceſgerens, Archiepiſcopus Theodoſienſis, Sacræ Pęnitentiariæ Datarius, & S. Officij Aſſeſſor emicuit. Demùm in magna Romanæ Aulæ exiſtimatione interijt 1. Martij Anno Reparatæ Salutis 1722., Ætatis verò ſuæ 85., & quieſcit in Vallicellano Templo. Extant eius *Obſeruationes ad Statuta Fauentiæ*, *in Tomos duos* digeſtæ & iterùm cum Additionibus excuſæ Romæ an. 1724. [2].

DE PHILOSOPHIS

CAPVT III.

BOMBOLOGNINVS à Gabiano in Prædicatorum Familià intèr primos eluxit, Philoſophiæ præſertìm naturalis ſcientia, vt ex acutiſſimis eius ſcriptis liquet. Scripſit *in decem Ariſtotelis Prædicamenta*: *Supèr Prædicabilia Porphyrij*: *Super 4*,

(1) *Auguſt. Fontana in Bibliot. Legal. part. 1. & 6.* [2] *Franc. Maria Bonfinius in Bannim. Gener. cap. 15. num. 41.- Cuſcint. in Addit. ad Vghell., in Epiſc. Verul.*

lib.

lib. Sententiarum : *In librum de ſex principijs Gilberti Porretani &c.* Claruit an. 1332. (1).

GVIDO GVETIVS Bononienſis, ex Ordine Dominicano Philoſophiæ ſtuduit enixè, & D. Thomę Aquinatis doctrinam, ac ſententias propugnauit acerrimè. Scripſit *Commentaria in libros Ethicorum* : *In libros Politicorum* : *In libros de Anima* : *In libros Oeconomiæ*. Floruit ſub Vrbano VI. an. 1386. (2).

VRBANVS à Bononia, Philoſophiæ Parens appellatus, Bononiæ, & Pariſijs docens, Ordinem Auguſtinianum, cui nomen dederat, ſcientiſſimus decorauit. Edidit *Expoſitionem ſupèr octo libros Phyſicæ* : *ſupèr libros de Cælo, & de Anima* : Intèr mortales fuit an. 1403 (3).

NICOLAVS FABA Bononienſis, Philoſophorum ſuæ ætatis Princeps, in Patriæ Lycęo Philoſophiam naturalem, ac moralem, nec non rem Medicam expoſuit amplo ſtipendio, ſed ampliori laude. Obijt 14. Auguſti an. 1439., varijs lucubratis Operibus, ſub non excuſis. (4).

TIBERIVS BACILERIVS Bononienſis, intèr Philoſophos Principatum tenuit, quam facultatem Bononiæ, Ferrariæ, Pataulj, Taruiſij, & Ticini interpretatus eſt glorioſè. Extant eius calami labores immortalitate digni *Lectura in tres libros de Anima*: *Tractatus in parua naturalia* : *& librum Auerrois de ſubſtantia Orbis* : *In duos libros de Ge-*

(1) *Andreas Riuetta in Bibliot. Scrip. Ord. Prędicat. Cent. 2. pag.* 47. (2) *Idem Cent. 2. pag.* 58. [3] *Ex Chron. Ord. Eremitani pag.* 167. (4) *Peregrin. Orland. pag.* 215.

neratione ,

neratione , *& Corruptione* : *In octo libros de Cęlo Ariſtotelis* : *In vniuerſam Ariſtotelis* , *& Auerrois Dialecticam*. Romæ tandèm ab hominum conſortio exceſſit an. 1512. [1].

FRANCISCVS DE SILVESTRIS Ferrarienſis, Dominicanæ Familiæ Generalis Magiſter præfuit an. 1525., eique magno ornamento fuit Ariſtotelicæ doctrinæ fama. Scripſit *ſupèr libros Poſteriorum Ariſtotelis*, *& Queſtiones* : *In libros de Anima* : *Supèr octo libros Phyſicorum Ariſtotelis* , *& Quęſtiones* : *Commentaria in quatuor libros contrà Gentiles D. Thomæ* : *Tractatum de libertate Eccleſiaſtica contrà Lutherum*, & alia non minùs ſubtilitèr, quàm eruditè [2].

ANTONIVS BECCARIVS Ferrarienſis, Vicarius, mòx Procurator Generalis Ordinis Prædicatorum, & tandèm in Illyrico Epiſcopus Scutarenſis, non modò Scholaſticas diſciplinas profeſſus eſt, ſed Operibus ſuis illuſtrauit. Scripſit *in Methaphyſicam Ariſtotelis* : *In libros octo P*[illegible]*um* : *In libros tres de Anima* : *In libros de* [illegible]*io*, *& mundo* : *In libros Poſteriorum* : *In Perhiermenias*. *In Prædicabilia Porphyrij* : *In Librum de Sphęra Ioannis à Sacr. Buſto* : *Quęſtiones quodlibetales de Entis Analogia* : *De Maximo* , *& minimo* : *De primis* , *& ſecundis intentionibus* , & alia multa : Celebrabatur an. 1543. [3].

LVDOVICVS BVCCAFERREVS Bononienſis, intèr Philoſophos inſignes numerandus, ſcripſit

(1) *Peregr. Orlandus pag.* 251. (2) *Albert. in Deſcrip. Ital. Reg.* 14. *V. Ferrar.* (3) *Andreas Riuetta Cent.* 4. *pag.* 103.

In Phy-

In Phyſicam Ariſtotelis: *In libros Metheororum*: *De Generatione*, *& Corruptione*, *& de Anima*: M.SS. reliquit *de Cęlo*, *& Mundo*: *Libros Metaphyſicorum*: *Commentaria in 7. & 8. Phyſicorum Ariſtotelis*. Tandèm à vita migrauit an. 1545. [1].

IVLIVS CASTELLANVS Fauentinus, Cariatenſis Antiſtes, rei philoſophicæ, & oratoriæ ſcientia multos ſuæ ætatis vicit. Scripſit *Supèr Logicam Ariſtotelis*: *De humano Intellectu ad mentem Platonis*: *Supèr Ciceronis Academicas Quęſtiones*. In maxima celebritate vixit an. 1580. (2).

IACOBVS MAZZONIVS Cęſenas, Vir ad naturæ prodigium omniſcius, ſe ab ineunte Iuuentute mirabili inſtinctu ad philoſophandum dedit. Bononiæ adhùc Tyro, *quinque millia*, *centum*, *& nonaginta ſeptem Platonis*, *& Ariſtotelis placita* in diſceptationem attulit, & luci dedit, libro cui titulus eſt *De triplici Hominum Vita*, *Actiua*, *Contemplatiua*, *& Religioſa*. Maceratæ, Romæ, & Piſis primariam ſedem occupauit inennarrabili Auditorum admiratione, ac plauſu. Typis quoquè commiſit, *In vniverſam Platonis*, *& Ariſtotelis Philoſophiam Pręludia*: *Patrocinium Dantis aduersùs Rodulphum Caſtrauillam*, *cuius ſecunda pars poſthuma* tantùm emerſit, *Orationes*, *& alia*. Demùm plenus ſcientia, non autèm annis, ætatis ſuæ 48. ab huius lucis vſura demigrauit, Sal. 1598. [3].

ANTONIVS MONTECATINVS Ferrarienſis, Gymnaſij Patriæ Reformator, Philoſophiam pro-

(1) *Albertus Reg.* 14. *V. Bonon.* (2) *Iul. Cęſar Tonducius part.* 1. *pag.* 14. (3) *Ian. Nic. Erithr. in Pinacoth.* 1. *pag.* 65

fundè

ſundè nouit , vt glorioſis laboribus ſuis teſtatus eſt. Edidit enim *Commentaria in Politicam Ariſtotelis*: *In libros de Anima*: *In lib. 8. Phyſicorum*: *Paraphraſim in lib. 10. Platonis de Republica*: *Epitomen lib. Platonis de legibus*: *Concordiam Tabulæ librorum Gregorij Agricolæ*, & alia multa. Cum tandèm Infulis Ferrariæ , & Regij recuſatis , Dignitates mereri, quàm obtinere maluiſſet ,an. 1599. immortalis occubuit [1] .

VLYSSES ALDROVANDVS Bononienſis, incomparabilis operum naturæ inueſtigator , ſublimi eruditione omnes eius ſęculi homines procul dubio ſuperauit. Scripſit, & æternitati dedit: *De Auibus Hiſtoriam*: *De Animalibus exanguibus De Quadrupedibus ſolipedibus*: *De Quadrupedibus biſulcis*: *De Quadrupedibus digitatis viuiparis , & ouiparis*: *De Piſcibus , & de Cętis*: *De Serpentibus , & Draconibus*: *De Monſtris*: *De Cruſtaceis*: *De Arboribus , quæ tredecim Tomis continentur*: Inedita autèm ſunt *Dictionarium omnium rerum naturalium*: *Sylua Allegoriarum Sac: Scripturæ*: *Antidotarium omnium Medicamentorum*: *Elucidarium Theologicum de Foſſilibus , Plantis &c.* ac alia plurima humanæ, & diuinæ Philoſophiæ luminibus referta. Tandèm vir inclytus ceſſauit viuere an. 1605. (2).

GREGORIVS ZVCCVLVS Fauentinus acerrimo fuit ingenio, & intèr æui ſui Philoſophos ſecundus nemini. Multa conſcripſit, quę deſiderantur. Vnum Volumen extat *Supèr Poſterior. Ariſtotelis*.

(1) *Auguſtin. Superbus part. 2. pag. 83.* (2) *Peregrin. Orland. pag. 262.*

ſtotelis. Vixit, & claruit decimo ſexto ſæculo. (1).

CÆSAR LIPPIVS à Mordano Conuentualium Familiam amplexus eſt, quam ſubtilitate doctrinæ, Epiſcopali gradu, & Operū celebritate ornauit. Fuit Epiſcopus Cauenſis an. 1606, & ſcripſit *Metaphyſicalium Quæſtionum Tomos duos: In libros Sententiarum Scoti Tomos quatuor: De Perfectionibus Almæ Virginis*, & alia. (2).

IVLIVS CÆSAR BAGNIOLVS à Balneocaballo præſtans Ariſtotelicæ Philoſophiæ cultor, in quam perenni ſtudio penetrauit. Scripſit egregiè *ſupèr partem de Moribus, Republica, Rethorica, & Poetica tractantem*: Poeſis etiàm facultatem calluit, vt & *Tragedia Aragonenſi, & Paridis iudicio* liquet. [3].

THOMAS GIANNINVS Ferrarienſis vniuerſam Philoſophiam introſpexit, quam Bononiæ, Patauij, Niſis ingenti ſtipendio, & maiori plauſu interpretatus eſt. Tandèm intèr hæc, & Medicinæ ſtudia duos, & octoginta annos clauſit. (4).

IOANNES PAVLVS PALANTERIVS, à Caſtro Bononienſi, ſub regulari habitu Conuentualium Epiſcopatum Laquedonienſem meruit an. 1614. Exarauit *Tractatus in primum Poſteriorum Ariſtotelis, & in libros de Anima: Lecturas in libros Sententiarum, in duos Tomos: totidem in Pſalterium Dauidicum*, & alia. Demùm celebris literatura occubuit an. 1614. (5).

(1) *Tonduccius part.* 4. *pag.* 716. (2) *Franchinus in Bibliosophia pag.* 147. [3] *Erythræus in Pinacotheca* 1. *pag.* 79. [4] *Idem in Pinacotheca* 1. *pag.* 182. [5] *Ioan. Franchinus pag.* 331.

L CARO-

CAROLVS MONTECVCCVLVS Ferrarienſis, acerrimo ingenio lumina ætatis pręueniente, Philoſophiam, & reconditas ſcientias calluit, quamuis obierit in flore annorum. Deceſſit anno 1614. Reliquit tamèn *Traductionem Polemonis ex gręco: Expoſitionem primarum octo diſtinctionum primi libri Sententiarum: Tractatum de Cabala*, & alia. (1).

ANGELVS IVLIANVS à Foro Saraceno in Pręedicatorum Familia, cui nomen, & ornamentum dedit, vtraque Philoſophia excelluit an. 1669. Lucubrauit *Tractatus ſupèr vniuerſam Ariſtotelis Logicam: Supèr octo libros Phyſicorum: Supèr librum de Anima: Supèr Ariſtotelis Metaphyſicam:* Scripſit quoquè *de Abſolutis: De Scientia media: De Angelis: De Dominica Incarnatione* & alia (2).

BARTHOLOMÆVS MASTRIVS à Meldula, in Ordine Conuentualium tanta ſapientiæ celebritate vixit, vt coęuis naturalis, & diuinæ Philoſophiæ Profeſſoribus anteponi mereatur. Nunquàm ab altiſſimis ſtudijs feſſus vitam omnem docendo, & ſcribendo conſumauit. Fuit Vicarius Generalis in Italiæ Prouincijs, & tandèm an. 1673. vita ceſſit, fama in ęuum viuiturus. Edidit, Bonauentura Belluto varijs in Operibus laboris, & gloriæ ſocio, *In Organum Ariſtotelis Diſceptationes Logicales: In octo libros Phyſicorum: In lib. de Generatione, & Corruptione*, & alia: Solus autèm ſcripſit *in libros Methaphyſicorum Tomos duos: In libros Sententiarum Tomos quatuor* [3].

(1) *Guarinus in Comp. Hiſtor. lib. 5. pag.* 357. [2] *Andr. Rouetta Cent. 5. pag.* 196. (3) *Ioan. Franchinus pag.* 8.

DE ME-

DE MEDICIS

CAPVT IV.

MVNDINVS LVZZIVS Bononienſis, rei Anatomicæ peritia inſignis, nèc modò ſuæ, ſed proximarum ætatum princeps, Scripſit *Expoſitionem ſupèr Canones vniuerſos Meſue*: *Anatomen omnium humani corporis interiorum membrorum*, & demùm vbique celebris à vità ceſſit an. 1318. [1].

PETRVS à Tauxiniano Medicinam Bononiæ, & Ferrariæ expoſuit an. 1309. Eum plurimi fecerunt Europæ Reges, Galenicæ Artis præſtantiam admirantes. Scripſit *de Medicamentorum formulis*: *De Balneis*: *De Regimine Sanitatis*: *Tabulas ſupèr problemata Ariſtotelis*, & alia [2].

BAVERIA DE BONETTIS Imolenſis, alter Auicenna communi elogio proclamatus, Bononiæ Logicam, & Medicinam explicauit. Extant eius *Conſilia medicinalia*: & *Tractatus contrà peſtem*. Tandèm ingenti Literatorum deſiderio, ac luctu, ab eorum conſortio migrauit [3].

LEONELLVS VICTORIVS Fauentinus, Mediceæ facultatis tyrocinia in Bononienſi Gymnaſio dedit per annos ſex, & quadraginta, incomparabilis ſapientiæ fama. Varia in lucem emiſit, intèr quæ *Tractatus de Morbis puerorum* eminet, ac præſtat. Dies tandèm ſuos impleuit an. 1520. [4].

ANTONIVS CITTADINVS Fauentinus me-

[1] *Anton. Bumaldus in Bibliot. pag.* 169.
(2) *Peregrin. Orlandus pag.* 333. [3] *Idem pag.* 71.
(4) *Tonduccius in Hiſtor. Fauent. part.* 3. *pag.* 608.

dendi ſcientiam Patauij, Bononiæ, & Pariſijs docuit, & profeſſus eſt, ſublimi Italicæ Nationis gloria. Typis commiſit *Auſcultationes in Galenum an.* 1523. (1).

MENGHVS BLANCHELLVS Fauentinus celebre, & perenne ſuum nomen ſcriptis fecit. *Opus de Febribus*, *& morbis* euulgauit an. 1536., plurimas inſupèr *Quæſtiones*, *Opera Theologica*, *ac Aſtronomica*, *nèc non Tractatum de omnibus Italiæ Balneis* [2].

BENEDICTVS VICTORINVS Fauentinus in Bononienſi, & Patauino Gymnaſijs Medicam diſciplinam, non ſolùm expoſuit, ſed maximè illuſtrauit. Extant eius *Tractatus de lue Venerea*: *In Prognoſtica Hippocratis*: *Latidrietnæ Medicinæ*: *Empyrica medicatio*; *Empyrica practica*, & alia, non abſquè magno profitentium plauſu excepta. (3).

IOANNES MAYNARDVS Ferrarienſis Medicam Artem intèr Italos delapſam ad veterem excellentiam reuocauit, quę res eius memoriæ peperit gloriam ſempiternam. Scripſit *Epiſtolas Medicinales*: *librum Nominum morborum*: *Adnotationes in Antidota Meſuè*, & alia; ac commentatus eſt *primum librum Artis paruæ Galeni*. Obijt anno 1536. (4).

ANTONIVS BRASAVOLVS Ferrarienſis, cognomento Muſa, Hippocraticam facultatem Pariſijs profeſſus eſt, vbi ſumma Chriſtianiſſimi Regis gratia, & totius Galliæ admiratione, quantùm

(1) *Angelus Maria Torſanus in Oration. pag.* 91. [2] *Tonduccius part.* 1. *pag.* 5. (3) *Idem part.* 3. *pag.* 608. [4] *Guarinus in Comp. lib.* 3. *pag.* 173.

pollerent

pollerent Medicinę vires palàm fecit. Typis, & æternitati dedit *Examen Simplicium medicamentorum : Comment. in Aphoriſm. Hippocratis : De Cęna, ac prandio : De Laudibus Dialecticæ : de Ordine librorum Logicę : De Neceſſitate eiuſdem : Commentaria in Paulum Venetum : In Prędicamenta Ariſtotelis : In librum de Interpretatione : In Poſteriora Analitica : In Boetij librum de Diuiſionibus : In librum Auerrois de Subſtantia orbis : In libros Phyſicorum Ariſtotelis : In libros de Anima : In Prognoſtica : In libros de ratione victus in morbis acutis : In libros Epidemiorum : De Syrupis : De Pillulis : De medicamentis Catharticis : De Electuarijs non ſoluentibus : De Pulueri :* & alia multa. [1].

THOMAS PHILOLOGVS Rauennas & medendi ſcientia, & magnitudine animi apùd coęuos, & poſteros glorioſus. Venetijs Templum D. Iulianæ; Patauij ædes Virtuti, ære honeſtis ſudoribus parto, ędificauit an. 1554. Scripſit *de Vita humana vltra centum viginti annos producenda : & de Modo Collegiandi*. Eius numiſmata paſsìm occurrunt. [2].

IOANNES ZECCHIVS Bononienſis, Romæ Prothomedicus, & Sixti V. Pont. Max. Archiater illuſtris, ſcripſit *de Aquarum Porrettanarum vſu : De ratione curandi febres : de Puerorum tuenda valetudine : De vrina, laterali dolore, & febribus putridis : Conſilia Medicinalia* : Tandèm & mira in curandis morbis arte, & ſcriptis inclytus requieuit an. 1601. [3].

(1) *Auguſtin. Superbus part. 2. pag. 71.* (2) *De Fabris part. 1. pag. 219.* (3) *Peregrin. Orlandus pag. 148.*

NICO-

NICOLAVS MASINIVS Ceſenas, Phyſicæ, & Matheſeos cognitione excellens, vtramque facultatem in pręcipuis Italiæ Gymnaſijs, quanta alius laude, profeſſus eſt. A Clemente VIII. ad munus Pontificij Archiatri accerſitus, ſtrepitus Aulæ, priuatæ vitæ amator, declinauit: Plura ſcripſit, ſed non excuſa: Extat tantùm liber *De gelidi potus abuſu*. (1).

VINCENTIVS MONTECALVVS Bononienſis, in Hiſpanijs, vbì multa vulgauit typis, alter Ariſtoteles, & Eſculapius appellatus, Bononiæ docuit intimam Philoſophiam, & celeberrimus interijt. (2).

IOANNES BAPTISTA CORTESIVS Bononienſis, intèr Ciues, & Siculos ſalutiferas Medicinæ vires expoſuit, totique Italiæ notiſſimus, & documentis, & etiam ſcriptis curriculum laborum, & vitæ conſumauit an. 1636. Edita leguntur *Miſcellanea Medicinalis*: *Practica Medica*, *Chirurgica*; *Pharmacopęa*: *De rebus naturalibus*, *& præter naturam*, & alia multa (3).

MARCELLVS MALPIGHIVS Bononienſis rei Philoſophicæ, & Medicæ pęritia non modò ſuæ tempeſtatis primis, verùm etiàm ſapientiſſimis Gręciæ, Latijque Philoſophis æquiparandus, edidit *Theſaurum Botanico - Medico - Anotomicum in Tomos duos*: *Tractatus de recentiorum Medicorum ſtudio*: *Morborum exitialium ſeuitia*: *De ſtructura glandularum conglobatarum*, & alia: Tandèm

(1) *Eritbræus in Pinacoth.* 1. *pag.* 272. (2) *Idem in Pinacotheca* 1. *pag.* 193. [3] *Hieronym. Ghilinus in Theat. Vol.* 2. *pag.* 139.

Romæ

Romæ apùd Innocentium XII. gratioſus, & apùd Italos, & Tranſalpinos celebris vitam cum morte commutauit an. 1694. (1).

DOMINICVS GVILLELMINVS Bononienſis, eximius Medicinæ, Matheſeos, & Opticæ Profeſſor, ſcripſit, & in lucem emiſit, *Tractatum de Cometarum natura*, *& ortu*: *Obſeruationem ſolaris Eclipſis*: *Conſiderationes Philoſophicas*: *Aquarum fluentium menſuram*: *De natura fluminum*: *De ſanguinis natura*, *& conſtitutione*: *Pro theorica Medica*, *aduersùs Empyricam ſectam*, & alia. Cum tandèm Primarius Doctor Patauinum Gymnaſium exornaret, vita ceſſit an. 1710. (2).

IOANNES HIERONYMVS SBARALEA Bononienſis, non ſolùm medendi Artem nouit egregiè, ſed naturalium rerum arcana doctè inueſtigauit. Typis concredidit *Scepſes duas de viuipara Generatione*: *Exercitationes Phyſico-Anatomicas*: *Oculorum*, *& mentis Vigilias*: M. SS. autem reliquit *Tractatus de Comparatione recentium Medicorum cum veteribus*: *De Anima Brutorum*: *De Atomis*: *De Circulatione Sanguinis*: *De Glandulis*: *De Neruis*: *Tractatus Anatomes*, & alia. Tandèm phyſicis conſumatus ſtudijs requieuit an. 1710. (3).

DE MATHEMATICIS

CAPVT V.

IOANNES BLANCHINVS Bononienſis in recondita Matheſeos Arte verſatus eſt eximiè.

(1) *Peregr. Orlandus pag.* 205. (2) *Idem pag.* 100. [3] *Idem pag.* 165.

Fuit

Fuit apùd Leonellum, & Burſium Ferrariæ Marchiones gratioſus, & apùd Literatos omnes inclytus. In lucem emiſit *Volumen Tabularum Aſtronomicarum ſecundorum mobilium*, & floruit anno 1442. [1].

ANTIOCHVS TIBERTVS Cęſenas, non ſolùm Mathematicę Profeſſor, ſed naturalis Magiæ prętans, quibus diſciplinis alias etiàm cultioris literaturæ iunxit. Scripſit varia, & præſertìm *tres Chiromantiæ libros* (2).

DOMINICVS PAGANELLVS Fauentinus in Ordine Prædicatorum antè multos emicuit altiſſimæ eruditionis fama. Fuit Apoſtolici Palatij Magiſter ſub Clemente VIII.; Intèr alias ſcientias Mathematicam calluit profundè, nèc pauca ſcripſit, quæ deſiderantur (3).

HERCVLES BVTRIGARIVS Bononienſis, Mathematicus illuſtris, & Rodulpho *II.* Cęſari pergratus, typis dedit *Deſcriptionem Sphera Cęleſtis*: *De Tetracordibus armonicis Ariſtoſſeni*: & *Demonſtrationes motuum ſtellarum*: Caſtigauit quoque, & terſit *Coſmi Bartholi Tiberiadem*, antequàm naturę concederet anno 1609. [4].

CÆSAR MARSILIVS Bononienſis humanæ eruditionis ſtudijs, ſed pręſertìm Matheſeos vacauit. In lucem protulit *Tabulas Aſtronomicas*: M. SS. autèm reliquit *Tractatum de fluxu, & refluxu*

[1] *Ant. Bumaldus in Bibliot. Bonon. pag.* 110.
(2) *Audotes de Florence par le Sieur de Varillas, liure* 7. (3) *Iul. Cęſar Tonduc. part.* 4. *pag.* 727.
[4] *Hieron. Ghilinus in Theat. Viror. Liter. Vol.* 2. *pag.* 139.

maris;

maris ; ac Tractatum de Speculo Vſtorio . Tandèm à mortalibus abijt an. 1633. [1] .

PETRVS ANTONIVS CATALDVS Bononienſis , eximius Mathematicæ facultatis Bononiæ, & Peruſiæ Doctor , intèr celebres Scriptores locum meruit . Docto , & indefeſſo calamo conſcripſit *Arithmeticæ vniuerſæ Tomos duos* : *Tractatum inueniendi radicem quadram numerorum , in Tomos quatuor* : *De Quadratura circuli* : *Algebram proportionalem , in Tomos duos* : *Algebram diſcurſiuam , & linealem* : *Defenſionem Archimedis* : *Tractatum Geometricum* : *De Elementis* : *Decem libros Elementorum Euclidis , ad practicam reductos* , ac alia : Vixit , & Floruit an. 1626. (2).

IOANNES EVANGELISTA TORRICELLVS Fauentinus , magna ſui nominis claritate Matheſeos Florentiæ docuit , primùm ſocius , & deindè ſucceſſor memorandi in æuum Galilei . Vulgauit *Tractatus duos , alterum de Motu* ; *alterum de Sphæra , & Solidis ſphæralibus, nec non Lectiones Academicas* : At iuuenis ætate annorum vndequadraginta , quamuis ſapientia iam ſenex , vitam clauſit an. Sal. 1647. (3).

IOANNES BAPTISTA RICCIOLVS Ferrarienſis , è Societate Ieſu , omnigenis ſcientijs ſi quis alius excultus , potiſſimùm Matheſeos , in qua paucos nouit pares . Edidit *Crucis Geographicæ fabricam, cum tabula omnium Eclipſeon* : *Almageſtum nouum* , *Aſtronomiam veterem , nouamque com-*

(1) *Peregr. Orlandus pag.* 86. [2] *Idem pag.* 234. (3) *Anaſtaſ. Kircher in Arte magna.*

plectens : *Geographiæ* , *& Hydrographiæ reformatæ libros duodecim* : *Aſtronomiæ reformatæ Tomos duos* : *Chronologiæ reformatæ Tomos tres* : *De Diſtinctionibus entium in Deo* , *& Creaturis* : *Argumentum Phyſico - Mathematicum contrà motum terræ diurnum*, & alia. Tandèm abſumptà his laboribus eruditis vita an. 1671. requieuit (1).

OVIDIVS MONTALBANVS Bononienſis varias felici ingenio ſcientias didicit , & in Patriæ Vniuerſitate expoſuit . Scripſit , & typis dedit *Indicem Plantarum exſiccatarum, in Volumina quatuor* : *Speculum elucidianum* : *Sphærographiam* : *Hortum Bottanographicum* : *Dendralogiæ Volumen primum* ; *ſecundum autèm* , *& tertium* ; *Curæ analyticę naturalium Obſeruationum* , & alia, quæ ad res Bottanicas , Aſtronomicaſque ſpectant , nondùm publicam lucem inſpexerunt . Tandèm plenus ætate, & gloria editorum operum deceſſit an. 1672. (2).

PETRVS MENGOLVS Bononienſis , æternæ apùd Tranſalpinos famæ , à quibus magnus Italus appellabatur , in Sorbonica Academia Matheſeos profeſſus eſt glorioſè . Edidit *Geometriam ſpecioſam* : *Theorema Arithmeticum* : *Arithmeticam realem* : *Viam regiam ad Mathematicos* , *Refractionem* , *& Paralaſſem Solarem*. Tandèm à vita migrauit an. 1686. [3].

MARCVS BETTINVS Bononienſis , è Societate Ieſu, multiplici doctrina , præſertim Ethicæ, & Mathematicæ eruditus magnam apùd Profeſſo-

(1) *Philip. Alegambe in Bibliot. Script. Societ. Ieſu pag.* 416. [2] *Peregr. Orland. pag.* 222. (3) *Idem pag.* 133.

res lau-

res laudem comparauit. Scripſit, & prælo dedit *Apiariam Philoſophiæ Mathematicæ in Tomos duos*: *Ærarium Philoſophiæ Mathematicæ in Tomos tres*: multa etiam poeticæ, & oratoriæ facultatis. Demùm naturæ conceſſit an. 1697. [1].

EVSTACHIVS MANFREDVS Bononienſis, clarus Mathematicæ diſciplinæ in Patria Profeſſor, atque etiam amenæ Rhytmos pangendi artis cultor, publici iuris fecit *Ephemerides motuum cœleſtium ab anno* 1715. *ad annum* 1525. *in duos Tomos*: Alia quoque Italico metro lucubrata in lucem vindicauit (2).

DE HISTORICIS

CAPVT VI.

GVIDO Rauennas magnam literaturæ famam ſcriptis meruit an. 950. *Narſetis*, & *Gothorum Hiſtoriam*: *Pontificum Romanorum Vitas*: & *Tractatum de Vita contemplatiua* doctè elaborauit (3).

DESIDERIVS SPRETVS Rauennas, Vir erudițiſſimus, an. 1470. *de Origine, amplitudineque Patriæ* Commentarium latinum ſcripſit; Senex autèm *libellum contrà Hæbreos* ſtylo preſſo, ſed admodùm ornato; Fuit Ciuium Orator apùd Nicolaum V. (4).

PEREGRINVS PRISCIANVS Ferrarienſis,

(1) *Philipp. Alegambe in Bibliot.pag.* 581. (2) *Peregr. Orlandus pag.* 108. [3] *Hieron. Rubeus lib.* 5. *pag.* 257. (4) *Idem lib.* 7. *pag.* 634.

non ſolùm Hiſtoricus, ſed & Philoſophus, Poeta inſignis, ac Aſtronomus; quam ſyderceam ſcientiam multos annos interpretatus eſt egregiè. Scripſit *Volumina nouem ingentia de Antiquitate Ferrariæ*; & ab humanis emigrauit Hercule I. ibidèm regnante (1).

IOANNES BAPTISTA PIGNA Ferrarienſis, Secretarius Ducalis, parem ex facultatibus Hiſtorica, & Poetica laudem nactus eſt. Scripſit, & edidit *Hiſtoriam Principum Ateſtinorum, in libros octo: Res glorioſas, & immortales eiuſdem Stirpis: Motus Imperij Romani vſque ad an.* 1476.: *Carminum libros quatuor: & Quæſtionum Poeticarum libros duodecim* (2).

IOANNES GARZONIVS Bononienſis, celeberrimus Orator, cuius ſcribendi prętantiam Reges, & Principes ſummis laudum honoribus dignati ſunt. Exarauit, & Typis dedit *Geſta, & bella Friderici, Magni Lantgrauij Thuringiæ: Hiſtoriam belli Mauritani: De Vita Ioannis I. Bentiuoli Commentarium*: Inediti autèm ſunt *libri tres Bononienſis Hiſtoriæ, & multa variarum ſcientiarum Volumina*, in quibus erat mirificè eruditus. Naturæ tandèm mortalitatem reddidit an. 1506.(3).

IOANNES ANTONIVS FLAMINIVS Imolenſis, Scriptor, Orator, & Vates toti Europę notiſſimus. Bononiæ rudimenta dedit Idiomatis Latini, & Gręci, nec abſquè ingenti gloria. Scripſit *Hiſtoriam Patriæ* Latinam, & alia: Demùm in-

[1] *Albertus in Deſcrip. Ital. Reg.* 14. *V. Ferrar.* [2] *Auguſtin. Superbus part.* 2. *pag.* 97. (3) *Peregr. Orlandus pag.* 144.

tèr Lite-

tèr Literatorum lacrymas occubuit an. 1536. [1].

ACHILLES BOCCHIVS Eques,& Comes Bononienſis, Grçcas literas, Rhetoricen, & Poeſeos in Patriæ Gymnaſio expoſuit, incomparabilis ſapientiæ fama an. 1546. Scripſit *Apologiam in Plautum: Libros ſeptemdecim Bononienſis Hiſtoriæ* eleganti, ac perpolita latina lingua: *Symbolicarum quæſtionum de vniuerſo genere libros quinque: Verſus latinos, & Grecos* (2).

LEANDER ALBERTVS Bononienſis, in Dominicana Familia multiplici ſcientiarum ornamento, præſertim Hiſtoriæ valdè emicuit an. 1550. edidit *Deſcriptionem Italiæ* accuratiſſimam: *De Viris Illuſtribus Ordinis Prædicatorum Volumina ſex: De Mulieribus eiuſdem vnum: Hiſtoriam tranſlationis Corporis S. Dominici: Chronicon Patriæ in libros duos & ſexaginta diſtributum: Ephemerides ab aduentu in Italiam Ludouici Galliarum Regis, vſque ad an.* 1550. & alia (3).

IOANNES PETRVS FERRETTVS Rauennas, Mylenſis, & deindè Lauellinus Antiſtes, latinis, & grçcis literis non ſolùm inſtructus, ſed doctioribus æui illius coęquandus. Scripſit *de Exarcatu libros ſeptem: Romanorum Pontificum Inſtituta: Feſtorum dierum celebritates, eorumdemque in Chriſtiana Religione exordia: Conciliorum receptorum veram diſcuſſionem: Hæreſum omnium recognitas, annotataſque per tempora ſeditiones: Polygraphiam Ter-*

[1] *Albertus in Deſcript. Ital. Reg.* 14. *V. Imol.* (2) *Peregr. Orlandus pag.* 37. [3] *Andr. Riuetta in Biblioth. Cent.* 4. *pag.* 122.

rarum

rarum Orbis , & alia . Tandèm à viuis migrauit an. 1557. (1).

GASPAR SARDVS Ferrarienſis , Hiſtoricus , Philoſophus , & Iuriſconſultus in æuum viuiturus nitidiſſimo ſtylo conſcripſit *Hiſtoriam Principum Ateſtinorum* : *Epiſtolarum librum* , *varia Hiſtoriarum eruditione refertum* : & *Opus de triplici Philoſophia* [2].

VINCENTIVS CARRARIVS Rauennas in legum , & totius Antiquitatis ſtudijs ſummoperè verſatus , atque etiàm in benè dicendi Arte : Scripſit *Originem Comitum Guidorum* : *Hiſtoriam Familiæ de Rubeis Parmenſis* : *Tractatum Medico-legalem* , & *de Medici ergà ęgros officio*: *Commentaria ad Statuta Rauennæ* : & *Flaminiæ Hiſtoriam* , quæ tamèn non vidit Typorum lucem : Floruit anno 1580. (3).

CAROLVS SIGONIVS Mutinenſis ortu , ſed Ciuitate Bononienſis , quam ſibi elegit in Patriam , ibìque liberales ſcientias diutiſſimè docuit , & clauſit dies an. 1584. Plurima doctè , & gloriosè lucubrauit : *Faſtos conſulares* , *ac Triumphos à Romulo vſque ad Tiberium* : *In Vniuerſam Romanam Hiſtoriam Commentaria* : *De nominibus Romanorum* : *De antiquo iure Ciuium Romanorum* , *Italiæ Prouinciarum &c.* *De Republica Athenienſium* : *De Lege Curiata &c.* *De Vita*, & *rebus geſtis P. Scipionis Æmiliani* : *Hiſtoriam de Regno Italiæ* :

[1] *Rubeus lib. 9. pag.* 723. (2) *Auguſt. Superbus part.* 2. *pag.* 91. (3) *Hieron. de Fabris part.* 1. *pag.* 38.

De Regno

De Regno Orientali : *De rebus Bononiæ*, & alia (1).

PETRVS RODVLPHIVS à Tauxiniano intèr Minores Conuentuales non modò Peripateticis, & Platonicis diſciplinis claruit, ſed & Oratorijs, & Hiſtoricis non vulgarem laudem reportauit. Fuit S. Officij Conſultor, Procurator Generalis Ordinis, Epiſcopus Venuſinus, & Senogallienſis: Typis dedit *Hiſtoriam Seraphicam* : *Dictionarium Pauperum, continens exercitamenta de Virtutibus, & Vitijs* : *Opera S. Bernardini Senenſis* : *Opera S. Gregorij Papæ in Tomos ſex* : *Homilias* : *Conciones* & alia, [2].

HIERONYMVS RVBEVS Rauennas cultioris literaturæ, & latinæ eloquentiæ ſtudijs altiſſimè eruditus, nec non rei Medicæ peritia à Clemente VIII. Pont. Max. ad Archiatri gradum euocatus eſt. Scripſit felici, & luculento ſtylo *Hiſtoriam Rauennatem in libros XI.* : *Annotationes in lib. VIII. Cornelij Celſi* : *& Opus de Diſtillatione* : Tandèm Vir immortalitate digniſſimus, & nunquàm ſatis laudatus requieuit an. 1607. (3).

DANIEL BARTHOLVS Ferrarienſis Societati Ieſu nomen dedit an. 1623., & acerrimo ingenio, ac clariſſimis monumentis gloriam auxit. Conſcripſit *Aſiam in Partes tres, quarum ſecunda de Iaponia* ; *Tertia de China, Cocinchina, & Tunchino agit* : *Europam in Partes duas, alteram Angliam, alteram Italiam complectentes* : *Homi-*

(1) *Peregr. Orlandus pag.* 82. [2] *Franchinus in Biblioſophia pag.* 523. [3] *Creſcimbenius in Hiſtor. Vulg. Poeſis Vol.* 1. *part.* 1. *lib.* 5. *pag.* 441.

nem

nem literatum : Paupertatem contèntam : Æternitatem Conſiliariam : Recreationem Sapientis : Miſſionem Mogorienſem : Geographiam ad ſenſum moralem traductam : De excellentijs Christi in ſe , & noſtris in illo : De duobus æternitatibus : Vitas S. Ignatij : B. Stanislai , & alia multa : in quibus lucubrandis impendit vitam , ſed nomen lucrifecit ſempiternum (1).

DE ORATORIBVS

CAPVT VII.

ASPASIVS Rauennas magnam ſibi peperit, cultiorum literarum ornamentis apud omnes famam an. 200. Reparationis noſtræ . Alexandro Mammeæ ab Epiſtolis ſcribendis fuit , & aduerſùs Ariſtonem , ceteroſque maledicos diſertas *Orationes* exarauit (2).

IOANNES Rauennas Latinæ eloquentiæ in Italia amiſſæ Reſtaurator , ad benè dicendi artem , & liberalium facultatum ſtudia , pleroſque Viros clari deinceps nominis incendit . Varios *Ciceronis libros* adhùc incompertos immortalitati dedit [3].

GVARINVS DE GVARINIS Veronæ licèt natus , Ferrariæ documentis , & ſcriptis memorandus, dies ſuos traduxit , & clauſit an. 1460. Vtramque linguam præſtantèr expoſuit , & obſoletam inſtaurauit . Scripſit *Epiſtolas* , *Orationes* , *& Car-*

(1) *Philipp. Alegambe in Bibliot. Script. Societ. Ieſu pag.* 164. [2] *Rubeus in Hiſtor. Rauen. lib.* 1. *pag.* 38. (3) *Idem lib.* 7. *pag.* 595.

mina :

mina : *Geographicas Strabonis Tabulas* : *& varias Plutarchi Vitas* latinas fecit (1).

BAPTISTA GVARINVS Ferrarienſis, ſi quis alius, eruditus, & facilè in declarandis Auctorum libris intèr coęuos Princeps. Extant ab eo elaboratę *Orationes*, *Dialogi*, *& Poemata* : Scripſit quoquè *de Secta Epicureorum*, *& Leges adminiſtrandi Regni* (2).

PHILIPPVS BEROALDVS ſenior, Bononienſis ſcientiarum Emporium, communis omnium gentium Magiſter, & Bibliotheca loquens per antonomaſiam nuncupatus, liberales Artes glorioſiſſimè docuit. Scripſit *de optimo ſtatu Principis* : *De Terremotu* : *De Peſtilentia* : *Annotationes in Galenum* : *Neptalogos* : *In ſimbola Pytagoræ* : *Declamationes contra Scortatorem*, *Aleatorem*, *& Ebrioſum* : *De laudibus Diſputationis* : *Agricolturæ* : *Amoris* : *Eloquentiæ &c. Commentaria*, *Carmina*, & alia multa. Tandèm an. 1504. occubuit, ſed eius memoria immortalis viuet. Laurea corona ornatus, toto proſequente funus Gymnaſio, & miram ſcientiam ad ſydera efferente, in D. Martini ſepultus eſt [3].

CÆLIVS CALCAGNINVS Ferrarienſis, tanta, & tàm varia doctrina præditus, vt æui ſui portentum haberetur, nec in poetica dumtaxàt facultate, ſed & alijs ingenuarum artium ſtudijs ſempèr ad perfectionem feſtinauit. Plurima ſcripſit, *Epi-*

[1] *Guarinus in Comp. Hiſtor. lib.* 3. *pag.* 176.
[2] *Lil. Gregor. Gyraldus Dial.* 1. *de Poet. ſuor. temporum*. (3) *Orlandus in Notion. Scriptor. Bonon. pag.* 112.

tolarum, & queſtionum libros : Iudicium vocalium : Commentarium de rebus Egyptiacis : In libros Officiorum Ciceronis : De re nautica : De verborum, & rerum ſignificatione : Quod Cęlum ſtet, & terra moueatur Commentarium : De concordia : De calumnia : De libero animi motu : Paraphraſim trium librorum Meteororum Ariſtotelis : In Politica eiuſdem : Orationes : Dialogos, & alia opera Theologica, Philoſophica, & Oratoria. In Romana Curia Clamydem Præſularem geſſit, & apùd Leonem X., Literatorum Mecenatem, ſummum beneuolentiæ, & exiſtimationis locum occupauit [1].

NICOLAVS FERRETTVS Rauennas, græcè, latinèque non ſolùm doctus, ſed Oratoria, & Poeſi excellens, Venetijs cultiores ſcientias profeſſus eſt eximiè. Scripſit *libros de Arte docendi : Commentaria in Epiſtolas, & Orationes Tullianas : Alia* quoquè *in Iuuenalis Satyras, & Plauti Comędias*. Demùm ſtudijs, & vitæ finem impoſuit anno 1523. (2).

IVLIVS FERRETTVS Rauennas Eques, & Comes, ac in Apulia Daunia Regius Iudex, ſingulari pietate, ac rara doctrina, qua intèr coęuos emicuit, non exiguo fuit Patriæ ornamento. Scripſit *De veteri inſtaurata militia : De re nauali : De ſingulari certamine*, & alia. Tandèm dies impleuit, ac munera an. 1547. (3).

ALBERTVS LOLIVS Ferrarienſis in ſtudijs humanitatis, & literarum verſatus eſt præſtantèr.

(1) *Gyraldus de Poet. ſuor. Tempor. Dial.* 1.
(2) *Rubeus lib. 9. pag. 689.* (3) *Idem lib. 9. pag.* 707.

Typis

Typis dedit *Virtutem Academicam præteritorum, & nobilitatem præſentium: Comœdias, & alia*: Interquos eruditos labores vita exceſſit an. 1554. (1).

LVDOVICVS BECCATELLVS Bononienſis, Rauelli Antiſtes, in Alma Vrbe Pontificius Vicarius, ad Venetum Senatum, & in Germaniam Legatus, ac tandèm Archiepiſcopus Raguſinus, magnam nominis celebritatem multiplici eruditione comparauit. Scripſit *Adnotationes ſuper Hiſtoriam altæ Ethiopiæ: Vitam Petrarcæ, & modum corrigendi eius ſcripta: Tractatus cognitionis ſuimet ipſius: Duos Rhythmorum tomos: & alios naturalis, ac diuinæ philoſophiæ*: Deniquè Vir omnigenis ſcientijs decoratus vitam cum morte commutauit 17. Octobris an. 1572. [2].

PAVLVS SACRATVS Ferrarienſis maximam eloquentiæ, & literaturæ laudem calamo ſuo lucratus eſt. *Pſalmos, & Epiſtolas D. Pauli* expoſuit; ſcripſit & nitidiſſimum *Epiſtolarum Volumen*. Demùm vniuerſæ carnis viam introiuit an. 1590. (3).

MARCELLVS VESTRIVS BARBIANVS Imolenſis, Gregorio XIV., alijsque Romanis Pontificibus inſeruijt ſcribendarum Epiſtolarum munere. Vel Oratores ſuæ tempeſtatis latinæ orationis nitore ſuperauit, vel ſaltèm paucis ceſſit. Nulla tamen extant eius doctrinæ monumenta (4).

HIERONYMVS PALANTERIVS à caſtro Bononienſi in Conuentualium Familia eminuit præ-

[1] *Hieron. Ghillinus in Theat. Viror Liter. pag.* 5. [2] *Peregrin. Orlandus pag.* 191. (3) *Guarinus in Compen. lib.* 1. *pag.* 28. (4) *Ian. Nic. Eritbræus in Pinacotb.* 3. *pag.* 118.

N 2 ſtantis

ſtantis Theologi , & diſertiſſimi Oratoris fama . Poſtquàm verò in alma Vrbe *De auxilijs diuinæ gratiæ* magno omnium plauſu diſceptaſſet , à Clemente VIII. Inſulam Bituntinam nactus eſt . Reliquit Orationes , & Commentaria eximia (1).

IOANNES BAPTISTA AGVCCIVS Bononienſis, Dialecticæ , Philoſophiæ , & Iuris Ciuilis ſcientias profundè nouit . Prothonotarius Apoſtolicus, ad Rempublicam Venetam S. Sedis Nuncius, & Archiepiſcopus Amaſienſis fuit . Vulgauit *Epiſtolas* , & *Orationes* in quibus lucubrandis meruit ingentem famam. Tractatus verò *De Cometis : De Venia iniuriarum danda : De Ingratitudine : De Hypocriſi : De Vitæ humanæ fragilitate* , & *alij* , *nèc non Chronologia Regum Italiæ* , & *varia Hiſtoriarum Volumina* in Repoſitorijs latent . Tandèm occubuit an. 1632., ſed eius inclytum nomen perennabit (2).

DE POETIS

CAPVT VIII.

PLAVTVS Sarſinatenſis, lepidiſſimi ingenij Vates , & intèr Comicos procùl dubio cunctis præferendus, Demophili, Philemonis, & Epicarmi veſtigijs inhæſit . Fertùr *Comędias* , quæ nùnc doctorum manibus teruntur , horis ſucciſiuis , quibus à verſanda mola feriabatur, in piſtrino lucubraſſe (3).

[1] *Ioan. Franchinus in Biblioſophia pag.* 355. (2) *Erythræus in Pinacotheca* 3. *pag.* 190. (3) *Albertus in Deſcrip. Ital. Reg.* 14. *V. Sarſin.*

BENVE-

BENVENVTVS RAMBALDVS Imolenſis, celebris diuinæ Philoſophiæ, & liberalium Artium cultor, Franciſco Petrarcæ Poeſeos tyrocinia dedit. *Comœdiam Dantis* commentatus eſt egregiè, & à viuis excedens an. 1390. famam reliquit ſempiternam (1).

TITVS VESPASIANVS STROZZIVS Ferrarienſis æquè doctus, ac ſtrenuus, claruit Poeſi, & Armis an. 1470. Hercules Eſtenſis Ferrariæ, Marchio eo Præceptore vſus eſt, ac Profeſſores literarum illum velùt Mecenatem, ac Patrem coluerunt. *Varios Carminum latinorum libros* ſcripſit [2].

HERCVLES STROZZIVS Ferrarienſis barbariem Italici concentus terſit, & Titi Geni[illegible] præſtantiam omnium iudicio ſuperauit. Extant *Epigrammata*, *Elegiæ*, & *Carmina*, quibus & Eſtenſium Aula, & per totam Italiam [illegible]um nomen fecit. At eum acerba, & ploranda mors ſurripuit an. 1508. [3].

PHILIPPVS II. BEROALDVS Bononienſis in humanitatis cultu, & latinis carminibus pangendis, præcipuam laudem adinuenit. Apùd Leonem X. gratia intèr primos valuit ob illuſtres literaturæ dotes. Emiſit in lucem *Quatuor Carminum Libros: Odas*, & *Epigrammata*, æternitate digna (4).

ANTONIVS THIBALDEVS Ferrarienſis facilè vatum coætaneorum Princeps, ſcripſit noſtrati lingua *Volumen Rhythmorum Amoris*, nèc non latina

[1] *Albertus in Deſcrip. Ital. Reg.* 14. *V. Imol.*
(2) *Guarinus in Compen. Hiſtor. lib.* 5. *pag.* 310.
[3] *Auguſt. Superbus part.* 2. *pag.* 101. (4) *Bumaldus in Biblıot. Script. Bonon. pag.* 100.

Muſa

Muſa modulatus eſt præſtantèr. Demùm Romæ, vbi celebris vixerat, requieuit an. 1527. (1).

LVDOVICVS AREOSTVS Ferrarienſis vbique Terrarum memorandus, quem Carolus V. Cęſar ob præſtantiam artis poetica corona decorauit, in Aula Ateſtina grauiſſimis Legationibus, & miniſterijs functus, dies egit. Vtraque Poeſi excelluit, materna potiſſimùm, quam Elegiaco, Satyrico, Epicoque ſtylo mirabilitèr auxit, & ornauit. Cum tandèm eximios ſuæ mentis fętus immortalitati credidiſſet, mortalitati ceſſit an. 1534. Reliquit celebre *Poema Rolandi furentis*, etiàm in exteras translatum linguas, *Satyras*, & *Comędias* calamo verè magiſtro conſcriptas [2].

IOANNES AVRELIVS AVGVRELLVS Ariminenſis magna ſui laude, ac fama, Poeſeos, & bonas Artes Venetijs profeſſus eſt. Varia, præſertim Lyrica exarauit, & demùm Taruiſij literatam vitam clauſit (3).

MARCVS ANTONIVS FLAMINIVS Imolenſis, gręcè, & latinè doctiſſimus, Pſalmos, & Hymnos in elegantes numeros redegit. Edidit *Carminum libros quatuor*, & alia; Cùm autèm magnum eruditionis ſuæ nomen poſteritati reliquiſſet, finem diebus impoſuit an. 1550. [4].

HERCVLES BENTIVOLVS Ferrarienſis, ex olìm Principibus Bononiæ, Tuſca Poeſi, & pręſertìm Comica, vnanimi doctorum conſenſione,

[1] *Hieron. Baruffald. De Poet. Ferrar. pag.* 10. (2) *Gyraldus de Poet. ſuos Tempor. Dial.* 1. *pag.* 543. [3] *Idem. Dialog.* 1. [4] *Ghilinus in Theat. Viror. Liter. Vol.* 2. *pag.* 192.

mirabili

mirabili Areoſto æquiparandus, *Comędias*, *Eclogas*, *& Satyras* ſummo Artis conatu lucubrauit. Deniquè vita inter cultiores literas exacta, à Mortalium conſortio, domi, forìſque inclytus, exceſſit an. 1570. (1).

IOANNES BAPTISTA GYRALDVS CYNTHIVS Ferrarienſis ex grauibus Philoſophiæ ſtudijs, ſæpè ad amęna Poeſeos diuertit, & varia egregiè ſcripſit, *Cantiones*, *Satyras*, *Tragedias*; latino autèm metro *duos libros Carminum*. Obijt ſupremum diem an. 1573. (2).

HORATIVS AREOSTVS Ferrarienſis præcoci, & felici ingenio Ludouici Aui gloriam, & in pangendis verſibus excellentiam æmulatus eſt. *Rhythmos*, *& Comędias* typis dedit, ſed immaturè, fruſtrata omnium expectatione, occubuit (3).

MVTIVS MANFREDVS Rauennas intèr eximios ſęculi ſui Poetas numerandus, prælo, & futuris æuis commendauit *Semiramidem Syluestrem*, *Cantionum librum*, & alia. Vixit, & cecinit an. 1605. (4).

BAPTISTA GVARINVS Ferrarienſis, S. Michaelis Eques, Italicæ Poeſis artem illuſtrauit incomparabili cantus lenocinio, vt ex eius *Paſtore fido* æternę famę digno ſatìs liquet. Alia & poetici generis vulgauit, ac *Epiſtolarum librum*. Ei Gregorius XIII. & Ferrariæ Duces, non ſemèl ardua negotia crediderunt. Tandèm vbìque cla-

(1) *Creſcimbenius vol. 2. part. 2. lib. 4. pag. 217.* (2) *Baruffald. de Poet. Ferrar. pag.* 20. [3] *Creſcimben. vol. 4. lib. 2. pag. 123.* [4] *Idem vol. 1. part. 1. lib. 5. pag. 415.*

riſſimus

tiſſimus requieuit anno 1613. (1).

ALEXANDER MAGGIVS Bononienſis *Signaturæ* Referendarius, Peruſiæ, & Piceni Prolegatus, æquè legali ſcientia, & politiori literatura emicuit. Plurima luce, & perennitate digna ſcripſit, ſed in pluteis reliquit. Deniquè vitam cum morte commutauit an. 1619. (2).

RODVLPHVS CAMPEGGIVS Bononienſis Ducciæ Comes egregias lyrici, & epici generis cantiones communis iuris fecit. Extant *Rhytmorum, & Drammatum Volumina*: Ille autèm iàm ſatìs notus literario Orbi interijt an. 1624. [3].

HIERONYMVS DE PRESBYTERIS Bononienſis magnam in legibus interpretandis laudem, ſed maiorem in rhythmis pangendis conquiſiuit. Pauci noſtratis linguæ cantus à prælo prodierunt, multi in Repoſitorijs tumulantur. Tandèm vita functus eſt an. 1626. [4].

IOANNES CAPPONIVS à Poretta intèr ſcientiarum ornamenta, quæ inceſſanti ſtudio comparauit, non poſtremum locum Poeſi reliquit. Æternas typis fecit *Otioſas occupationes*: *Fabulas ſyluestres, & Paſtorales, ac Idilia*: Vitæ tandèm & laborum curriculum perfecit an. 1629. (5).

CLAVDIVS ACHILLINVS Bononienſis Iuris Ciuilis Profeſſor Ferrariæ, Bononiæ, & Parmæ, in alta non ſolùm apùd priuatæ fortunæ homines,

[1] *Creſcimben. vol. 1. part. 1. lib. 2. pag.* 175. [2] *Erythræus in Pinacotheca 2. pag.* 192. (3) *Ioan. Bumaldus in Bibliot. pag.* 205. (4) *Paulus Benus in Comment. Hieruſal. pag.* 807. (5) *Bumald. in Bibliot. pag.* 113.

ſed apùd

ſed apùd Principes, & Reges exiſtimatione vixit. Italico metro modulatus eſt, & cantus prælis dedit. Deceſſit an. 1640. (1).

FRANCISCVS BERNIVS Ferrarienſis, non modò grauiores, verùm etiàm amęnas literas calluit profundè. Multa publicæ eruditioni expoſuit: *Academiam in duos Tomos*: *Drammata*, *&* *alios Verſus* præter ſolutæ orationis Opera, ac *Mortalitatis Arcana ex Pytagoræ ſymbolis*. Ab humo migrauit an. 1673. [2].

MALATESTA STRINATVS Cęſenas, Græcę, Hebraicę, Latinæ, & Tuſcæ linguarum cultor. Eum Italæ Muſæ impensè delectarunt; *Eclogas* nempè, *Drammata*, *&* *Rhythmos* ſine numero exarauit; ſed non conceſſit typis. Viuet tamèn in æuum eius doctrinæ, & religioſæ vitæ fama. Intèr hæc ſcientiarum, & chriſtianarum virtutum ſtudia Romæ à viuentibus abijt 7. Decembris an. 1720. (3).

IOANNES IOSEPH VRSIVS Bononienſis clarus huius ſęculi Vates, politiori literatura cum egregiè inſtitutus, tum etiàm præſtantèr eruditus fuit. Scripſit, & edidit *Conſiderationes de modo benè excogitandi in lucubrationibus*, & multa Italicis numeris adſtricta [4].

(1) *Eritbræus in Pinacotheca* 1. *pag.* 100.
(2) *Hieron. Baruffaldus De Poet. Ferrar. pag.* 16.
(3) *Creſcimben. vol.* 1. *part.* 1. *lib.* 2. *pag.* 204.
(4) *Peregrin. Orlandus pag.* 165.

DE CÆSARIBVS

CAPVT. I.

L. ÆLIVS VERVS Ceionio Comōdo nobiliſſimo Fauentino natus eſt. Is non ſolùm graui oris forma, ſed ſuauitate morum, ac literarum ornamentis, animum Hadriani mancipauit, vt ab eo in Filium adoptari, & Cęſar dici meruerit (1). Illi & Imperator decreuit Præturæ honorem, Pannoniam Prouinciam concredidít, ac ſecundum Conſulatum. Exundante præterea in externos etiàm ſenſus lętitia cordis, magnam nummorum vim effudit ad Populum, quem & Circenſibus ludis hilarauit. At breui eum adoptionis pęnituit, Ælio morboſa affectione correpto, & à viuentibus non diù poſt ſublato. Fertur Hadrianum hanc immaturam mortem ex geniturę aſpectu prænouiſſe, cum dicere eſſet ſolitus: *Oſtendent terris hunc tantùm Fata, neque vltrà, eſſe ſinent*: Ælius naturæ conceſſit an. V.C. 891. Sulpicio Camerino, & Q. Nigro Magno Conſulibus, ac in Hadriana mole ſepultus eſt (2). Ex Domitia Lucilla, Vxore, Nigrini Fauentini optimatis filia L. Aurelium Verum, & Ceioniam genuit.

L. AVRELIVS VERVS dum Ælius quiritibus iura diceret Prætor, Romæ venit in lucem. Queſturam exercuit, & bìs Conſulatum, antequàm ab

[1] *Fanuſ. Campan. de Famil. Illuſtr. lib. 2. cap. 12. - Zaratinus in Addit. part. 3. ad Icon. Romandiol.* (2) *Franc. Mediobarba Biragus in Numiſ. Imper. pag. 189.*

Antonino

Antonino Pio ad Imperij conſortium, & ad Proconſulis ſellam tribunitia poteſtate eueheretur; Armenis, & Parthis, magìs M. Aurelij virtute, quàm ſua debellatis, Armeniaci, Parthici, Maximi cognomentum ſumpſit. Cum verò Marcomannis ad obſequium redactis, Illyrico, & vicinis Regionibus pacatis, vehiculo ſedens triumphantis inſtàr ad Almam Vrbem remearet, intèr Altinum, & Concordiam repentino morbo extinctus eſt (1). Vir fuit nimìs ad libidines, & intemperantias pronus, in quibus multùm roboris amiſit, & gloriæ.

VALENTINIANVS III. Conſtantij Imperatoris, & Placidiæ filius, Rauennæ in hanc vitam introiuit an. ſal. 419. Vita functo Honorio, adhùc ſeptennis Occidentis Cęſar à Theodoſio ſalutatus, in Italiam traiecit, vbì à Græcorum armis oppreſſo, & trucidato Ioanne, qui Imperium inuaſerat, Cęſaream infulam inſigni pompa accepit. Rauennam, quam vt Patriam amabat, clariſſimis monumentis decorauit; Archipræſulis nempè dignitatem auxit, męnia Ciuitatis ampliauit, eamque poſt Almam Vrbem totius Italiæ caput conſtituit. Dùm tandèm Romæ in Campo Martio pro Tribunali ſedens concionem haberet, à coniuratis truculentèr necatus eſt anno ſuę ætatis 36., ab Incarnato Deo 455. [2].

GLYCERIVS Senator Rauennas, & Domeſticorum Comes, vniuerſi exercitus conſenſu Inſignia

(1) *Franc. Angelonus in Hiſtor. Auguſta pag. 95. - Biragus in Numiſ. Imper. pag. 233.* (2) *Rubeus in Hiſtor. Rauen. lib. 2. & 3.*

Imperatoris ſibi aſciuit an. 473. Id ęgrè Leo Bizantinus Cęſar intellexit, qui Leonem iuniorem Zenone Iſaurico natum, & ſuum ex Ariadna filia nepotem Auguſtum, & in Imperio Collegam appellauit. Cum autèm iſte ìmpetitus morbo regnare non poſſet, Genitori ſceptrum ceſſit. Iulius Nepos, Nepotiani filius armatis cohortibus Rauennam ingreſſus eſt, Glycerium à ſolio detruſit, & an. 474. Romæ Auguſtale nomen, ac tiaram comparauit. Exauctoratus Cęſar, vt has ærumnas, & arma Vuindemaris Oſtrogothorum Regis declinaret, in Portuenſi Vrbe Solonis Antiſtes inaugurari, & in Illyrico ſacris addictus obire dies tranquillè maluit, quàm Imperium affectans, cum aduerſa fortuna colluctari [1].

DE EXERCITVVM IMPERATORIBVS

CAPVT II.

IOANNES GEORGIVS TIBERTVS, natione Germanus, Patria Cęſenas, exercitu, cui prçerat Othonis IV., ſubſidium tulit Innocentio III. Pro militiæ laboribus, & meritis Cęſenæ Vicarius conſtitutus eſt an. 1211., vbi propagauit ſtirpem, & dies clauſit [2].

VGOLINVS CAMPEGGIVS Bononienſis Piſanæ Reipublicæ militare Imperium, terra, marique non ſemèl Victor, geſſit. Aliorum & Principum ſtipendia meruit, ac magnam Hungariæ

[1] *Rubeus lib. 3. pag. 120.* (2) *Belmontius in Geneſi Familiæ ſuæ pag. 120.*

Regis

Regis claſſem diſſipauit. Claruit anno 1230. [1].

PAVLVS TRAVERSARIVS Rauennas, bellicæ rei ſcientiſſimus, Rauennam Cęſareis Adminiſtris per vim pulſis, ſui iuris fecit an. 1239. Mox iunctus Pontificijs, Venetis, alijſque Principibus, ac Populis Ferrariam obſidione vallauit, qua, & Salinguerra Taurello, eam dominio premente, captis, naturæ conceſſit an. 1240. (2).

SALINGVERRA TAVRELLVS politica, & militari virtute illuſtris, cum Ferrarienſium Ordinibus iuberet, exercitum Mantuanum fregit. Extincto Guillelmo de Adelardis ſibi aſſeruit Ferrariæ Regnum: Agri Rauennatis partem, nèc non Argentam ſuæ Ditioni adiecit. Tandèm à Fęderatorum copijs impetitus, & quarto menſe obſidionis interceptus, apùd Venetos in cuſtodia deceſſit an. 1244. [3].

OPIZO VI. ESTENSIS, Ferrariæ Marchio, belli diſciplina emicuit, qua Lendenariam, Mellariam, Mutinam, ac Regium Lepidi in ſuam redegit poteſtatem. Euganeis & iura dedit, quorum Marchionis nomine (4) à Cęſaris munificentia exornatus eſt. Tandèm vitæ curriculum impleuit an. 1293.

IVLIANVS MALVETIVS Bononienſis, ſummus Reipublicæ Piſarum Ductor, pro qua certauit ègregiè, tùm in Etruriæ, tùm Ciſalpinæ Gal-

(1) *Creſcentius in Coron. nobil. Ital. part. 2. narrat. 9. cap. 1.* (2) *Rubeus in Hiſtor. Rauen. lib. 6. pag.* 414. (3] *Idem lib. 6. pag.* 416. (4) *Pigna in Hiſtor. Prin. Ateſtin. lib.* 3.

liæ bel-

liæ bellis. A' mortalibus demùm emigrauit anno 1326. (1).

OPIZO VII. ESTENSIS, Ferrariæ Marchio, armis vel protulit, vel firmauit Regnum: Abbatiam nempè, Montem Florenum, Argentam, Carſenianam Vallem, & Saxolum ſuę Ditioni adiecit. Mutinam, ac S. Felicem recuperauit; coemit Parmam. Eum tandèm mortalitas conſecuta eſt anno 1352. [2].

THOMAS OBICIVS Ferrarienſis, omnibus facilè ſuæ tempeſtatis Ducibus rerum geſtarum gloria præluxit. Lucam ſiquidèm ab armis Principum Ciſalpinæ Galliæ vindicauit; Pontificijs copijs, quarum gerebat imperium, Ioannem Aucutum non ſolùm vicit, ſed & cępit. In Angliam autèm progreſſus, Dauidem Scotiæ Regem feliciter collatis ſignis captiuum fecit. Gregorij XI. Pont. Maximi, Veronæ Principum, & demùm Alberti Ferrariæ Marchionis cohortibus, & turmis imperauit, apùd quem belli, & pacis moderator occubuit. Floruit an. 1360. [3].

MALATESTA II. DE MALATESTIS, Arimini Princeps, Guaſtafamilias appellatus, bellator inuictus ſub Pontificijs ſignis præliatus eſt, & in Mutinenſi Agro, & in Ferrarienſi oppugnatione. Arma Reipublicę Florentinę in Piſanū ſtrenuè direxit an. 1337. Innocentij VI. viribus reſiſtere non dubitauit, cui tandèm ſaniori conſilio reſtitutis Piceni Ciuitatibus, Ariminum, Piſaurum, Forumſempronium, & alias

[1] *Franc. Sanſouin. in Famil. Illuſtr. pag.* 164.
[2] *Pigni in Hiſtor. Princip. Ateſtin. lib.* 4.
(3) *Franciſ. Sanſouin. in Famil. Illuſtr. pag.* 501.

Vrbes

Vrbes pacatè retinuit. Tandèm ceſſauit viuere an. 1364. (1).

MALATESTA III. DE MALATESTIS Arimini Princeps, cognomento Hungarus, Imperialis Locumtenens Caroli IV. Romam ad Cęſareæ Coronę honorem properantis, intèr Senenſes moratus eſt; mox Conſalonerij Rom. Eccleſię dignitatem meruit, quibus, & alijs gradibus gloriosè perfunctus, vitam terminauit an. 1372. (2).

PANDVLPHVS I. MALATESTA, ex Principibus Arimini, bìs arma duxit Florentinæ Reipublicę, & in Germanos, & in Piſanam Vrbem. Fuit ab intimis Conſilijs Galeatij Vicecomitis, & Inſubrici Equitatus Præfectus, tandèm moriens à militaribus curis requieuit an. 1373. (3).

GALEATIVS PEPPVLVS Bononienſis, in numerum celebrium Europę Ducum referrendus, pro Vrbano VI. in copias Ioannæ Neapolis Reginę, & Pſeudopontificis Clementis felici marte dimicauit. Fuſo enìm, & detruſo à finibus Pontificię Ditionis Roberto Sanſeuerino cum hoſtili exercitu, in Romano Capitolio, ex inimicis, veterum Imperatorum more triumphauit an. 1379. (4).

GALEOTTVS MALATESTA, Arimini, & aliarum Ciuitatum Princeps, Conſalonerius, & Imperator Romanę Eccleſiæ, pro qua multa egit ſtrenuiſſimè. In Piſanam Rempublicam Equites,

(1) *Cęſar Clementin. in Hiſtor. Arimin. part. 2. in eius Vita.* (2) *Idem ibì.* [3] *Idem in dicta Hiſtor. Arimin. in dicta part. 2. in eius Vita.* (4) *Creſcentius in Coron. Nobil. Ital. part. 1. narrat. 19. cap. 3.*

pediteſque

pediteſque Florentinorum duxit. Ab Aloyſio, & Ioanna coniugibus Vicarius Generalis Neapolitani Regni renunciatus eſt an. 1362. Cęſenam ſui iuris fecit, eamque ab Vrbano VI. beneficiarij titulo, & Flaminiæ Regimen Rectoris poteſtate, ac nomine impetrauit an. 1378. Demùm vitam abſoluit, & munera 21. Ianuarij an. 1385. [1].

NICOLAVS II. ESTENSIS, Ferrariæ Marchio, cognomento Claudus, neminem ſui maiorem Ducem vidit. Herberiam, Saxolum, & Zagonariam cępit: Inſubres ad Mutinam collatis ſignis vicit: Fauentiam à Ioanne Aucuto trucitèr direptam comparauit. Demùm Ferraria ædificijs, & vijs exornata, debitum commune perſoluit anno 1388. (2).

ANDREAS MALATESTA Cęſenæ Princeps, & ſummus Bononienſium copiarum Ductor, Venetis non exiguam cladem apùd Bondenum irrogauit an. 1391. Rexit Senator Almam Vrbem, & Roſa aurea à Gregorio XII. decoratus eſt. Deniquè ceſſit naturæ 20. Septembris an. 1416. (3).

IOANNES VESTRIVS Cunij, & Barbiani Comes, diù Ordines Bononienſes duxit, quibus Inſubres, Iacobo Vermio obtemperantes profligauit: Florentinorum Ditionem à Vicecomitum potentia tutatus eſt: Gonzaghis Mantuæ ſalutarem opem dedit, & Fęderatorum copijs ſuſtinuit Mediolanenſium vires. Cum tandèm inſtigantibus ſeditioſis, Bononienſem Agrum diripuiſſet, ad Vi-

(1) *Scipio Claramont. in Hiſtor. Cęſen. lib.* 15. (2) *Pigna in Hiſtor. Princ. Ateſtin. lib.* 5. (3) *Claramont. in Hiſtor. Cęſen. lib.* 15.

gnolam

gnolam fuſus, & captus inconſulti impetus pœnam decollatione luit an. 1399. (1).

IOANNES I. BENTIVOLVS Bononienſis, primus ſuæ ſtirpis Princeps, ad ſolium aſcendit & ſtrenuitate ſua, & ſuffragijs Populi an. 1400. Ioannis Galeatij Inſubriæ Ducis, Bononiæ Regnum affectantis, copias inuaſit, & fudit; ſed iterùm collatis ſignis, & fauore ſortis, ac ciuium ſtudijs deſtitutus, interfectus eſt an. 1402. (2).

ALBERICVS VESTRIVS Cunij, & Barbiani Comes, liberator Italiæ, & militaris Artis Reſtitutor fuit, nèc non Barbararum Gentium Inſectator acerrimus, & Heros antiquis verè comparandus. Is Carolum Dyrachij Ducem in Neapolitano ſolio firmauit; Clementis ſubdititij Pontificis vires omninò deleuit; Vladislaum Apuliæ Regem ſedi ſuæ, ac dignitati reſtituit, à quo in grati animi argumentum Trano, & multis Oppidis donatus eſt. Confalonerius Romanæ Eccleſiæ, Magnus Comeſtabilis Parthenopęi Regni, & maiorum Italiæ Principum Ductor eminuit. Deniquè vitam cum morte, iàm nomine immortalis, commutauit anno 1404. [3].

ASTORGIVS MANFREDVS Fauentiæ Princeps Mediolanenſes acies direxit in Ligures, ſed infauſto conflictus exitu an. 1379. Meruit etiàm pro Bononienſi, & pro Florentina Reipublica; Cum verò Bononienſibus Solaroli Arcem ademiſſet,

(1) *Gherardac. in Hiſtor. Bonon. part. 2. lib. 26. & 27.* (2) *Idem part. 2. lib. 28. pag. 535.* [3] *Creſcentius in Coron. nobil. Ital. part. 1. narrat. 3. cap. 6.*

bello exitiali ferè ſuccubuit. Ruſſium vallis præcinxit, per Anemonis Vallem dominium propagauit. At dùm an. 1405. noua in Pontificios molitetur, ab illis necatus eſt [1].

MARTINVS BERNABVCCIVS Fauentinus intèr claros æui ſui Imperatores numerandus, Italis, exteriſque rerum celebritate innotuit. Præfuit Venetorum copijs in Hungariæ Regem; profuit & Pandulpho Malateſtæ in occupandis Brixiæ, Bergomi, & Cremæ dominijs. Cum autèm Carolum Pandulphi fratrem à Bratianis viribus egregiè defendiſſet, ab eo non munera, vt par erat, reportauit, ſed necem an. 1417. [2].

IOANNES HERCVLANVS Fauentinus non minùs prudentia, quàm ſtrenuitate eluxit apùd Ioannam Neapolis Reginam. Fuit enim an. 1421. à Conſilijs ſtatus, Cameræ Regalis Prȩſes, & Magnus Comeſtabilis, ad quos ampliſſimos gradus meritis, non fortuna conſcendit (3).

FRANCISCVS OLIVA, ex Comitibus Mileti, in Capitolio Almæ Vrbis Senator aſſedit an. 1425., & ſub Nicolao V. ſummo copiarum Imperio potitus eſt, quem Pontificem Maximum à ſeditioſis Quiritum libertatem appetentium ſtudijs vindicauit (4).

LVDOVICVS ALIDOSIVS, vltimus ſuæ Gentis intèr Imolenſes Princeps, varia fortuna certauit, modò S. Sedis, modò Viceccomitum ſequelæ ad-

[1] *Tonduccius in Hiſtor. Fauent. part. 3. pag. 460.* (2) *Paulus Iouius in Vit. Sfortiæ cap. 3.* [3] *Tonduccius part. 3. pag. 447.* (4) *Ex Hiſtor. Famil. Trinciæ edit. ſub an. 1638.*

dictus.

dictus. Cum verò ad Florentinæ Reipublicæ partes acceſſiſſet, ab Angelo Pergulano Inſubrium Ductore interceptus eſt an. 1424. Demùm à cuſtodia dimiſſus, & rerum humanarum inconſtantia pertęſus, meliorem vitæ vſuram facturus, dies ſtrenuè traductos in Minorum Obſeruantium Familia piè, ſanctèque perfecit (1).

SFORTIA ATTENDOLVS à Cottignola, felix, & memorandus Imperator, ſi quis alius modernæ ætatis, à Ioanne XXIII. Cottignolæ Comes, & Confalonerius Romanæ Eccleſiæ dictus eſt; A Ioanna Neapolis Regina Magnus Comeſtabilis Regni, Beneuenti, Apameſtis, Baroli, Trani, & aliorum oppidorum Princeps. Tandèm diebus intèr perpetuas ferè victorias actis, in Aterno amne ſubmerſus, cedere morti coactus eſt an. 1424. [2].

NANNES STROZZIVS Florentinus ortu, Ferrarienſis Patria, rebus in bello geſtis celeberrimus fuit; Argentam ſiquidèm ab armis inimicorum liberauit; In expugnatione Veronæ primus murum aſcendit: Multa Caſtra, & Arces Nicolai I. Marchionis Ferrariæ imperio ſubiecit. Etruſci, & Ateſtini exercitus Imperator Inſubrem ad Macalorum fudit, & vicit, ſed ex nimij laboris æſtù intèr victoriæ lętitiam, & fructus occubuit an. 1427. (3).

PANDVLPHVS MALATESTA ex Principibus Arimini ſpectatæ virtutis Ductor S. Sedis ſtipendia, & Ioannis Galeatij Mediolani Ducis meruit. Ad

(1) *Franc. Sanſouinus in Famil. Illuſtr. V. Alidoſ.* [2] *Creſcentius in Coron. Nobil. Ital. part.* 1. *Narrat.* 18. *cap.* 1. (3) *Guarinus in Comp. Hiſtor. lib.* 3. *pag.* 115.

Vicecomitis obſequium, & fidem felicibus armis Bononiam compulit, cui ipſemet Locumtenens Ducalis iura dedit. Poſt Ioannis Galeatij mortem, Bergomo, Brixia, & Croma potitus eſt, qua Dominij potentia, & ſtrenuitatis fama clariſſimus vixit, ac à vita migrauit an. 1427. [1].

CAROLVS MALATESTA Arimini Princeps, ob inſignem prudentiam alter Cato nuncupatus, Flaminiæ Rector, & Confalonerius Romanæ Eccleſiæ dictus eſt. Fęderati exercitus Imperium in Ioannem Galeatium Mediolani Ducem geſſit an. 1392., qui eius virtutum præſtantia commotus, illum Vicaria ampliſſimarum Ditionum poteſtate donauit an. 1407. Copijs ptætereà Venetorum iuſſit in Sigiſmundum Cęſarem an. 1411., & Florentinorum in Inſubres an. 1423. Sacra & Pontificatus Inſignia in Conſtantienſi Concilio depoſuit pro Gregorio XII. A Succeſſore Martino V. enſe, pileo, & roſa aurea tanquam Catholicæ Religionis Athleta exornatus eſt; Tandèm poſt tot honores, & munera diem obijt ſupremum an. 1427. [2].

NICOLAVS III. ESTENSIS Ferrariæ Marchio belli gerendi diſciplina paucis ſui temporis ſecundus fuit. Ea porrò auiti Dominij fines propagauit Abbatia, Lendenaria, Creualcorio, Regio, Parma, S. Donino, Balneocaballo, Lugo, Medicina, & alijs oppidis. In Clientelam verò Forolíuium accepit: Venetos apùd Arrianum collatis ſignis ſuperauit: In Inſubriæ Ducem acies Fęde-

(1) *Clementinus in Hiſtor. Arimin. part. 2. in eius Vita*. (2) *Idem in Hiſtor. Arimin. part. 2. in eius Vita*.

ratorum

ratorum duxit ; Ab Alexandro V. roſa aurea decoratus eſt. Tandèm victorias, & felicitatis ſeriem mors abrupit an. 1441. (1).

GVIDO ANTONIVS MANFREDVS, ex Principibus Fauentiæ militarem vitam egit, ſed diutiùs pro Florentinis meruit. Cum autèm mutato ſtudio ſe ſe ad Inſubrium partes contuliſſet, Meldulam, & multa, quæ illis parebant Ciſapenina loca, ſuæ poteſtatis fecit an. 1440. Deniquè ad veterem amicitiam reuerſus, & ereptis Reipublicæ caſtris reſtitutis, in hac tranquillitate rerum dies clauſit an. 1448. (2).

VGVTIO CONTRARIVS Ferrarienſis in miniſterijs belli, & pacis magnam laudem, & gloriam nactus eſt. Fuit enim Mediolanenſis Ducatus Locumtenens, ſummus Ateſtinæ Ditionis Adminiſtrator, & Ductor, ac ſub Ioanne XXIII. Confalonerius Romanæ Eccleſiæ. Regij Lepidi, & Guardaſonis Arces, Lemniacum, & Brixiam expugnauit; quibus meritis à Nicolao Ferrariæ Marchione Vignola, & pluribus alijs caſtris auctus eſt. Deniquè à mortalium conſortio, perenni ſuæ fortitudinis deſiderio relicto, moriens deceſſit anno 1448. [3].

THADDÆVS ESTENSIS ex Marchionibus Ferrariæ, Generalis Venetorum Præfectus, multas res egit immortalitate dignas. Vicit nempè Carolum Gonzagham, & Nicolaum Picinninum Bellatores eximios: Brixiam, & Placentiam ſtrenuè defendit,

(1) *Pigna in Hiſtor. Princ. Eſtenſ. lib. 6. & 7.*
[2] *Tonduccius in Hiſtor. Fauent. part. 3. pag. 493.*
(3) *Guarinus in Comp. Hiſtor. lib. 3. pag. 93.*

fendit, ac omnes ferè dies in Caſtris Venetis glorioſè tranſegit. Vixit, & claruit an. 1450. (1).

MICHELOTTVS ATTENDOLVS à Cottignola, exercituum Imperator celebris, diù Venetorum Rempublicam clariſſimis victorijs fortunauit: Fregit nimirùm ordines Philippi Mariæ Mediolani Ducis, Cremonam ab Inſubricis armis tutatus eſt, & Abduanam Regionem inuaſit, ac cępit. Cum deniquè apùd Caraccam iniqui prælij euentu profligatus, Veneta ſigna, vt ſuæ caueret vitæ deſtituiſſet, & ad Franciſcum Sfortiam fratris filium confugiſſet, in Oppido Palatiolo ſui Iuris ingraueſcentes annos clauſit an. 1451. [2].

LVDOVICVS MALVETIVS Bononienſis, pro Pio II. Flaminiæ Cuſtos, & Generalis armorum Præfectus in Sigiſmundum Malateſtam robur ſuum expertus eſt. Pro Ferdinando Neapolis Rege in Andegauenſes dimicauit, tàm ſecundo fortunæ aſpectu, vt ad Locumtenentis Generalis munus, ac Oppidorum Dynaſtias extolli meruerit an. 1462. At illum mors improba in flore ætatis, & ſpei ſurripuit [3].

BERTOLDVS ESTENSIS ex Marchionibus Ferrariæ, Venetorum copias in Peloponneſo ſumma cum poteſtate direxit an. 1463. Subegit Argos, & Iſthmum, excitauit Erſimilum; dum verò in Corinthiaca expugnatione ad immortalem gloriam

(1) *Pigna in Hiſtor. Princ. Eſtenſ. lib. 6. & 7.*
(2) *Bergomenſis in Supplem. Chronic. lib. 14.*
(3) *Franc. Sanſouin. in Famil. Illuſtr. V. Maluet.*

niteretur,

ſolteretur, haùd indignam glorioſæ vitæ mortem ſubijt [1].

FRANCISCVS SFORTIA, Sfortiæ Cottignolani filius, non ſolùm paternis veſtigijs inhęſit, ſed eum ſuperaſſe viſus eſt, niſi rerum geſtarum magnitudine, ſaltèm regiæ conditionis gloria. Is militari arte penitiſſimè imbutus, maiorum Italiæ Principum arma, pari ſorte, ac præſtantia tractauit. Vxoris tùm iuribus Blancæ, ex Philippo Maria Inſubrium Dominatore natæ, tùm ope virtutis ad vaſtum peruenit Regnum, quod Liguria, Corſica, & floridiori Italię parte amplificauit. Tandèm apùd omnes & celebris, & recolendus ab hac humana felicitate exceſſit an. 1466. (2).

CHRISTINVS FRANCISCVS BEVILAQVA Ferrarienſis, ſummus Copiarum Ductor fuit trium Ferrarię Marchionum Nicolai, Leonelli, & Burſij, quibus ſtrenuam pręſtitit, ac fidam operam. Arma & Pandulphi Malateſtę Brixienſium, & Bergomatium Principis moderatus eſt: Deniquè illuſtris Bellatoris fama ſatìs operibus ſuis comparata, interijt an. 1468. (3).

ASTORGIVS MANFREDVS, Fauentię Princeps, Venetorum ſtipendia fecit, deindè Mediolanenſium, quorum Regno inhiabant Galli. Bartholomęi Colleonis in expeditione Alexandrina ſocius vires Gallorum attriuit, ac fudit. Duxit & copias Bentiuolorum, ac Florentinę Reipublicę: Męnia Fauentię, Ruſſij, & Brixichellę vel reſtituit,

(1) *Pigna in Hiſtor. Prin. Eſtenſ. lib.* 8. (2) *Creſcentius in Coron. nobil. Ital. part.* 1. *narrat.* 18. *cap.* 4. [3] *Guarinus in Comp. Hiſtor. lib.* 3. *pag.* 95.

vel com-

vel communiuit, ac inclytus belli temporibus, & pacis, debitum commune perſoluit an. 1468. (1).

SIGISMVNDVS MALATESTA Arimini Princeps, rei militaris ſcientiſſimus, ab Eugenio IV. Capitaneus Armorum Rom. Eccleſię, & Confalonerius (sic illæ Dignitates appellantur) dictus eſt, à quo & in honoris incrementum, enſem, & pileum accepit. Meruit etiàm pro Venetis, Neapolis Rege, & Florentinis pari celebritate, ac gloria. Diù inconcuſſa conſtantia vires Pij II. ſuſtinuit, quibus præualentibus Faneſtrem Vicariatum amiſit, & magnis calamitatum fluctibus iactatus laborauit. An. 1464. à Venetis Imperator renunciatus per biennij ſpatium in Peloponneſo bellum geſſit acerrimè, & claras ex Turcis victorias retulit. Demùm Vir ſemper inuictus, ſed potiſſimùm in aduerſis occubuit an. 1468. (2).

BVRSVS ESTENSIS ex Marchione Dux Ferrariæ, Mutinę, & Regij declaratus; à Pio II. decretus Imperator in Thraces, à Paulo II. roſa aurea donatus, in maxima omnium exiſtimatione vixit, & velùt Arbiter Italiæ deceſſit an. 1411. [3].

ROBERTVS MALATESTA Arimini Princeps, cognomento Magnificus, pro Neapolis Rege, pro Republicis Veneta, & Florentina, præcipuis militiæ Præfecturis perfunctus, robur ſuum comprobauit. Xiſtum IV., à copijs Neapolitanis, quæ iàm Beneuento, & alijs captis oppidis, ac locis aduentabant, agitatum, à periculo, & metu ſimùl

(1) *Tonduccius in Hiſtor. Fauent. part. 3. pag. 492.* [2] *Blondus in Ital. Illuſtrat. Region. 6. V. Arimin.* (3) *Pigna in Hiſtor. Princ. Eſtenſ. lib. 8.*

liberauit;

liberauit; Imperatorijs Inſignibus ſuſceptis, in hoſtilem exercitum Pontificias acies duxit, & illum collatis ſignis glorioſè fregit, vicit, profligauit an. 1482. Verùm intempeſtiua mors illi abſtulit triumphum, & vitam [1].

GVRLOTTVS TOMBESIVS Rauennas ad Tarum flumen certauit inuictè; à Nouaria Gallos reiecit, Forumiulium in Turcas opportunè muniuit; Piſanos, quibus ſummus Dux præfuit à victricibus armis Florentinæ Reipublicæ defendit an. 1500. Tandèm apùd Venetos Copiarum Legatus, varias Vrbes, & Inſulas magna felicitate recepit. At non diùpoſt ad Cephalæniam, intèr hos fauſtos ſucceſſus, obijt [2].

HERCVLES I. ESTENSIS Ferrariæ Dux, primos Andegauenſis exercitus ordines direxit, & Apuliam ab hoſtibus egregiè defendit. Intèr aſſidua ferè bella cum Xiſto IV., & Venetis tranſegit vitam, quorum armis cedere Rhodigienſem Tractum coactus eſt. Auxit Ferrariæ frequentiam, atque ambitum, & his, alijſque præclarè geſtis occubuit an. 1505. [3].

IOANNES II. BENTIVOLVS Bononiæ Princeps, bellicæ artis peritiſſimus, & exercitus Mediolanenſis Ductor an. 1477. Fauentiam cępit, & deindè Ioanni Galeatio Manfredo reſtituit. Imperium Italici fęderis adeptus eſt, in quo Neapolis Rex, Inſubriæ, & Ferrariæ Duces, alijque Principes dederunt nomen. Poſtquàm autèm regnaſſet

[1] *Franc. Sanſouin. in Famil. Illuſtr. V. Malateſt. pag. 371.* (2) *Rubeus in Hiſtor. Rauen. lib. 8. pag. 651.* [3] *Pigna in Hiſtor. Princ. Eſtenſ. lib. 8.*

felicitèr quadraginta annos, à Iulio II. deturbatus, infelicitèr in exilio deceſſit an. 1508. [1].

DIONISIVS NALDVS à Brixichella, Miles, Ductor, & Imperator, fortis, ſapiens, invictus, Ferdinandum iuniorem Neapolis Regem iàm à Gallis eiectum ad Solium reuocauit. Florentinæ, & Venetæ Reipublicæ peditatum duxit. Poſtremæ verò dignitatem, & gloriam, omni virtutis conatu, ac fide incomparabili, ſeruato Patauio defendit, & auxit. At nimijs vigilijs, ac militiæ curis, quas inconcuſſus animus neglexit, oppreſſum mortale corpus, in robore ætatis an. 45. Sal. 1510. naturæ conceſſit. Ei ampliſſimus Senatus velùt Reipublicæ Tutori, ac Præſidio in SS. Ioannis, & Pauli Simulacrum è marmore, & Elogium poſuit (2).

LVTIVS MALVETIVS Bononienſis ſcientia inferendi, & ſuſtinendi belli excellens, Piſanos à Florentinis oppugnatos auxiliaribus copijs præſtantèr defendit; Ab illis proptereà Lauaianæ caſtrum, à Ludouico Sfortia Mediolani Duce ſuburbium Lauazzarij, pro magnis in eos meritis, atque officijs comparauit. Lemniacum, & Serrauallem, ad Venetorum obſequium adduxit. Et randèm ad Imperatoriam Dignitatem euectus, Patauij requieuit an. 1510. (3).

HVGO PEPPVLVS Bononienſis, Caſtillionis Comes, & S. Michaelis Eques magnam rei bellicę

(1) *Leand. Albertus in Deſcrip. Ital., Reg. 14. V. Bonon.* (2) *Petrus Bembus in Hiſtor. Veneta lib. 7.* (3) *Franc. Sanſouin. in Famil. Illuſtr. V. Maluetij.*

peritia,

peritia, clariſſimiſque geſtis, laudem reportauit. Diù Gallorum ſigna, & fortunam tùm in tumultibus Ianuæ, tùm in Mediolani expeditione ſectatus eſt; oblatum ſibi ab ijsdem Patriæ Dominium inſigni temperantiæ exemplo, & admiranda ergà Rom. Eccleſiam fide detrectauit. Meruit ob virtutis ſpecimina à Franciſco I. Franciæ Mareſchallus dici, & intèr Duces fęderati exercitus ad liberandum Clementem VII. adſpirantis, honeſtiſſimum locum occupare. Deniquè Generalis Florentini Equitatus Præfectus, dùm in Neapolis oppugnatione ſtrenuè certaret, non hoſtium gladijs, ſed lethali morbo extinctus eſt an. 1528. (1).

ALPHONSVS I. ESTENSIS, Ferrariæ Dux ſe ſe generosè defendit, non tàm à Venetis, quàm à Pontificijs armis. Ei Gallorum victoria, quorum partibus conſtantiſſimè adhęſit, apùd Rauennam tribuenda eſt. Cedentibus Italia Gallis Regium, & Herberiam amiſit, quas tamen Arces, Romana Sede à Germanorum copijs circumuenta, felicitèr recepit. Demùm ęquè politica, & militari laude inclytus, & memorandus, dies ſuos obijt an. 1534. (2).

THADDÆVS VVLPIVS Imolenſis, ingens Familię, Patriæ, & Nationis ipſius ornamentum: Carnicam oram propugnauit acerrimè, Venetum exercitum ad Bononiam ſeruauit proſperè, Patauium à Germanis iàm captum glorioſè recuperauit. Tandèm cum intèr arma, & victorias ſenuiſſet, magìs laboribus militiæ, quàm annis confectus, requie-

(1) *Creſcentius in Coron. Nobil. part. 1., narrat. 19. cap. 4.* (2) *Alphonſ. Luſchius in Comp. Hiſtor. de Dom. Eſtenſi.*

uit an. 60. ætatis, ſal. 1534. Imperatori clariſſimo, & immortali Venetorum Senatus equeſtre Simulacrum in D. Marinæ erexit, ac poſuit (1).

HANNIBAL II. DE BENTIVOLIS nouiſſimus Bononiæ Princeps, & Ferrarienſis Stirpis Auctor, pro Florentinis gerens armorum Imperium, Ianuenſibus Sarzanam ademit; pro Ludouico Inſubriæ Duce Equitatus Præfecturam, ad Tarum conflixit ſtrenuiſſimè; Vicit & Bartholomęum Aluianum copias Piſanæ Reipublicæ ducentem, & tandèm plenus militari gloria interijt an. 1540. (2).

GHIRON FRANCISCVS VILLA Ferrarienſis, Vulpiani Marchio, & SS. Añunciationis Eques, ad præcipuos militiæ honores, ſtrenuitatis ſubſidio, progreſſus eſt. Equeſtribus enim turmis Allobrogum Ducis præfuit; pro Chriſtianiſſimo Rege Mareſchallus Acierum, & in Italicis bellis Locumtenens Generalis eminuit; Spineum ſubegit, Verucam defendit, Creſcentinum recepit, & alijs virtutis ſuæ monumentis æternum nomen lucrifecit. In Illyrico, & Cretenſi Regno Dux ſummus Peditum, Candiam tandiù ſeruauit, quandiù in tutelam obtinuit. Demùm nunquàm moriturus apùd poſteros, à viuis exceſſit an. 1670. (3).

ÆNEAS CAPRARA Bononienſis, noſtræ ætatis Heros clariſſimus, diù pro Domo Auſtriaca in motibus Hungariæ, & Germaniæ immortalem famam meruit, & ſpectato conſilio, & forti, ac inuicta manu. Poſt minores gradus à Leopoldo I.

(1) *Angel. Maria Torſanus in Orationibus pag.* 98. [2] *Guarinus in Comp. Hiſtor. lib. 3. pag.* 156. (3) *Burſettus in Supplem. ad Guarin. pag.* 78.

Generalis

Generalis Equitatus Præfectus, & deindè Cęſarei Campi Mareſchallus creatus eſt, quo Imperatorio gradu ſępè in Thraces iuit, rediuit Victor. An. 1685. Toccaiam, Calò, & Caſſouiam cępit; validas Moncatz, Neuhauſel, ac alias munitiones, poſterioribus annis à Turcarum iugo vindicauit. Deniquè vitę intèr pugnas, intèr palmas iam traductæ, initio præſentis ſęculi, finem impoſuit [1].

DE DVCTORIBVS

CAPVT III.

VLDERICVS CARPINEVS apùd Othonem I. Cęſarem gratioſus ob militaris artis pericula non ſemèl facta, ab eo non ſolùm Carpinei, & Petræ rubeę confirmationem retulit, ſed viginti quatuor propinquis caſtris auctus eſt an. 967. Fuit enim Ductor paucis ſecundus eius temporis (2).

BELMONTES BELMONTIVS ex Dominis Caminatium bello, togaque clariſſimus iura Piceno dedit. Hanc Regionem ab inſidijs, & viribus Pſeudopontificis Anacleti vindicatam, in Innocentij II. fide egregiè continuit an. 1130. (3).

AMBRONVS BELMONTIVS ex Dominis Caminatium per illuſtres militiæ gradus aſcendere ad ſummam gloriam niſus eſt. Ab Othone III.

(1) *Nicol. Bereganus in Hiſtor. Bellor. Europę part. 1. lib. 1.* (2) *Petrus Belmontius in Geneſi Familiæ ſuæ pag. 44.* (3) *Creſcentius in Coron. Nobil. part. 2. narrat. 7. cap. 3.*

Imperatore

Imperatore meruit ſtipendia, & in ſtrenuitatis præmium Caſtriuecli Dynaſtiam an. 1154. [1].

LIPPVS SEVEROLVS Fauentinus Patriæ copiarum Præfectus in Rauennates certauit fortitèr an. 1237., & Fauentiam à Friderici II. exercitu impetitam, ſeptem menſes ingenti animo, & incredibili ferè virtute defendit an. 1240. [2].

VGO RAMBERTVS Ferrarienſis rei martialis diſciplina emicuit, Germanicarum Friderici II. Cohortium, & demùm copiarum Salinguerræ Taurelli Principis Ferrariæ Ductor. Hunc in ſummo vitæ, & dominij diſcrimine tutatus eſt ſtrenuiſſimè, licèt exitu non omninò felici à Fęderatorum armis an. 1240. (3).

VGOLINVS BANDVS Ariminenſis bellicis artibus eximiè ornatus, Friderici II. Sagittarijs præfuit. Illius labores, & merita, non modò altiſſima militaris gloriæ, ſed Petroiæ, & confinium Caſtrorum merces conſecuta eſt an. 1240. (4).

GVILLELMVS BELMONTIVS ex Dominis Caminatium cum belli ſcientiam profitetur, ſub Caroli Andegauenſium Ducis vexillis dimicauit; Ei nempè ad Neapolitanam coronam accerſito, inconcuſſa fide inſeruijt Turmarum Præfecti gradu; demùm ob præclara erga illum officia Caſertæ Comes, & Archithalaſſus Regni dictus eſt anno 1266. [5].

(1) *Creſcent. part.* 2. *narrat.* 7. *cap.* 3. (2) *Belmontius in Geneſ. Famil. ſuæ pag.* 78. (3) *Guarin. in Comp. Hiſtor. lib.* 3. *pag.* 124. (4) *Belmont. in Geneſ. Famil. ſuæ pag.* 176. [5] *Creſcentius part.* 2. *narrat.* 7. *cap.* 3.

PETRVS

PETRVS BELMONTIVS Guillelmi ſanguine, virtute, ac fortuna germanus, à Rege Carolo magni Camerarij Dignitate, & Comitis Montiſcalioſi, ac aliorum oppidorum Ditione ornatus, intèr hæc munera, & honores occubuit [1].

DRACO BELMONTIVS ex Dominis Caminatium cum eiuſdem Caroli, pro Regni poſſeſſione certantis, rebus non parùm profuiſſet, Generalis equitatus Præfectus, Montis Sardi, Alexani &c. Dynaſta creatus eſt an. 1266. (2).

GVIDO POLENTANVS Rauennæ Princeps æquè ſapiens, & ſtrenuus, Competitoribus eiectis Patriæ dominium occupauit an. 1275. In bellis ſuæ ętatis celeberrimum nomen lucrifecit, & Fauentiam exinopinatò oppreſſit. Demùm peracta in ampliſſimis miniſterijs armorum, paciſque vita, eam clauſit (3).

ALOYSIVS BELMONTIVS ex Dominis Caminatium, Vir magnanimus, ac fortis, vt ſępè felicitèr collatis ſignis oſtendit, non modò ad præcipuos peruenit gradus, ſed cuncta in armis ponens dominij iura, Brittinorium, & Forumpompilium inuaſit, ac cępit [4].

LELIVS TVRCHIVS Ferrarienſis ſatìs militari arte imbutus, dum copijs Azzonis X. Ferrarię Marchionis imperaret, Argentam domuit, & Imolam fuſis Bononienſium Ordinibus, in deditionem ſumpſit an. 1296. (5).

[1] *Creſcentius part.* 2. *narrat.* 7. *cap.* 3. (2) *Idem part.* 2. *narrat.* 7. *cap.* 3. (3) *Rubeus in Hiſtor. Rauen. lib.* 6. (4) *Pius II. in Comment.* X. (5) *Io: Baptiſta Pigna in Hiſtor. lib.* 3.

RICCAR-

RICCARDVS MANFREDVS Fauentiæ, Imolęque Princeps ſtrenuiſſimus pro Carolo Bohemiæ Rege claras exercuit Præfecturas belli. Fregit Ordelaphorum acies ad Calbulum, & alijs victorijs decoratus naturæ conceſſit an. 1340. [1].

BELTRAMVS ALIDOSIVS Forocornelij Princeps maius ornamentum Generi ſuo dedit, quàm accepit. Præter laudem in varijs diſcriminibus militaris ſcientiæ reportatam, celebri Mantuanis irrogata clade an. 1330. ęternum nomen comparauit (2).

DRACO CONSTABILIS Ferrarienſis magnam in ducendis agminibus pręſtantiam adeptus eſt. Copijs propterea Nicolai I., Opizonis VII., & Raynaldi *III.* Ferrarię Marchionum iuſſit. Intèr clariora eius vitę facta, illud in primis celebrandum venit, inſignem victoriam, ex Pontificio exercitu, eam Ciuitatem oppugnante, retuliſſe anno 1333. (3).

IOANNES PEPPVLVS Bononię Princeps, diù cum Iacobo fratre in qui ſui bellis verſatus eſt; Aloyſio Neapolitano Regi tribus millibus Equitum ſubſidio fuit, qui pro meritis exantlatę militię illum honeſtiſſimis dominijs decorauit anno 1349. Inſubrię pro Vicecomitum Familia iura dedit, vbi & perſoluit naturę debitum (4).

GVIDO ALIDOSIVS Forocornelij Princeps, cui ergà Romanam Sedem nèc ſtrenuitas defuit,

(1) *Tonduc. in Hiſtor. Fauent. part. 3. pag. 406.*
(2) *Sanſouin. in Famil. Illuſtr. V. Alidoſ. pag.* 337. (3) *Io: Baptiſta Pigna in Hiſtor. pag.* 170.
(4) *Ghirardac. in Hiſtor. Bonon. part. 2. lib.* 24.

nèc

nèc fides . Mediolanenſium copias propulſauit , & eorum progreſſus fruſtratus eſt an. 1351. (1).

AZZO ALIDOSIVS Imolenſis Princeps ad tractanda arma ab exemplis maiorum euocatus, intèr Pontificios Duces ſub Ægidio Albornotio Innocentij VI. Legato præſtans fuit. Felici itaque marte in Vicecomites conflixit an. 1361., & alia reliquit ſtrenuitatis ſuæ monumenta [2].

ÆGANVS LAMBERTINVS ex Dominis Podij Bononienſis cum militarem ſcientiam ſatìs didiciſſet, ſubſidiarijs cohortibus , ac turmis Carolo Prouinciæ Comiti in Manfredum Siciliæ Regem opitulatus eſt an. 1378. Copijs Ferrariæ Marchionum prefuit , & deindè Patriæ in Aſtrogium Fauentiæ Dynaſtam , ac tandèm Picenum rexit, vbique fortis , ſapiens, memorandus (3).

FABIVS PEPPVLVS Caſtillionis Comes Bononienſis, belli præceptionibus optimè inſtitutus, Cremonæ Cuſtos , Equitum in Hugonottas Ductor , trium mille peditum pro Venetorum Senatu , & Ciuitatum in Euganeis Præfectus , ob incomparabilis fidei , virtutiſque merita , intèr Patritios Venetos cum Poſteris ſuis deſcriptus eſt . Deniquè glorioſis finem diebus impoſuit an. 1380. (4).

LANCILOTTVS CONSTABILIS Ferrarienſis, Europæ vniuerſæ innotuit ob ſpecimina militaris artis difficilibus in bellis data. Dùm Azzonis Eſtenſis terreſtribus copijs , & fluuiali claſſi præſideret,

(1) *Sanſouin. in Famil. Illuſtr. pag. 196.* [2] *Idem in Famil. Illuſtr. pag. 197.* (3) *Gherardac. in Hiſtor. Bonon. part. 2. lib. 26.* [4] *Dulphius in Chronol. Famil. Bonon. pag. 599.*

non modò claram, ſed perennis memoriæ dignam, ex Fęderatorum exercitu palmam reportauit anno 1395. [1].

MARCVS ATTENDOLVS à Cottignola, martiali nemini virtute inferior, Ioannæ Neapolis Reginæ inſeruijt, ſocius fortunæ, ac munerum Fuſchini fratris, quo cum intèr præcipuos Regni Dynaſtas adnumeratus eſt. Demùm ab Alphonſo Aragonenſi abactus, & à Franciſco Sfortia exceptus, in Locumtenentis Ducalis gradu, Placentiæ requieuit (2).

NANNES GOZZADENVS Bononienſis, Centi, Plebis, & aliorum oppidorum Princeps, opibus per Italiam, & ſtrenuitatis laude inclarauit. Duodecim mille pedites in exercitum Galeatij Vicecomitis ad Bononiæ Imperium adſpirantis duxit an. 1390., & demùm varijs ſortis vicibus obnoxius, ac plenus annis vita ceſſit an. 1407. [3].

FVSCHINVS ATTENDOLVS à Cottignola diù in Caſtris Ioannæ Reginæ magni Ductoris fama vixit, nèc minori prudentiæ inferiorem Apuliam moderatus eſt. At pręualente Alphonſo, ac Aragonenſium viribus, ſecum percuſſit conditiones pacis, quibus Regis inconſtantia fractis, & Ditionibus virtute partis denudatus, apùd Franciſcum Sfortiam, tùnc Mediolani Ducem conſobrinum ſe recepit; vbì & Cremonæ Regimen, & Mediolanenſis Arcis Præfecturam obtinuit [4].

(1) *Pompeius Vizzanius in Memor. pag.* 315. [2] *Creſcent. in Coron. Nobil. part.* 1. *narrat* 18. *cap.* 1. (3) *Gherardac. in Hiſtor. Bonon. part.* 2. *lib.* 28. [4] *Creſcentius part.* 1. *narrat.* 18. *cap.* 1.

BOLDRI-

BOLDRINVS à Fauentia, celebris, ſi quis alius, eius ætatis Ductor, ſub Ioanna Neapolis Regina, & alijs Principibus Italiæ meruit ſtipendia, militares gradus, & gloriam immortalem. Floruit an. 1420. [1].

OPIZO POLENTANVS Rauennæ Princeps intèr primarios Veneti exercitus Doctores electus eſt, vnà cum Petro fratre aduersùs Franciſcum Carrariam in Euganeis Regentem, vbi perenne nomen lucrifecit. Diem tandèm clauſit extremum an. 1430. (2).

ALEXANDER ATTENDOLVS à Cottignola Piſauri Regulus, Franciſci germanus cùm ſanguine, tùm ſtrenuitate, cohortes, & turmas duxit in Picentium bellis an. 1435. Eundem poſteà ſecutus eſt quòcumque arma intulit vel fortis Ductor, vel prouidus Arcium, & Vrbium Cuſtos (3).

MARTIVS SCARIOTTVS Fauentinus in militari diſciplina vitam glorioſè traduxit, ſub Venetorum ſignis ad honeſtiſſimas Præfecturas ſcandit, & in Nouocomenſi expeditione ad ſummam nominis celebritatem. Meruit & pro Sigiſmundo Malateſta in Pergulano bello an. 1439. (4).

IACOBVS VAINVS Imolenſis ſub varijs Principibus militiam fecit, gloriam querens auidiſſimè. Cum tandèm in Picenati bello mille, & quingentis Equitibus præeſſet, ſuſpectæ fidei nota ab æmu-

(1) *Simonetta in Sfortiade lib. 1. cap. 5.*
(2) *Rubeus in Hiſtor. Rauen. lib. 7. pag. 600.*
(3) *Albertus in Deſcript. Ital. Region. 14. V. Cottignol.* (4) *Idem in Deſcript. Ital. Reg. 14. V. Fauent.*

lis inuſtus, apùd Roccam Contrariam obtruncatus eſt an. 1446. [1].

PETRVS ANTONIVS ATTENDOLVS à Cottignola, celebris Michelotti filius, nec degener à virtute Patris, Venetę, & Florentinę Reipublicę Vexilla, Gentium Armigerarum Ductor ſecutus eſt. Fuit Grupparelli, & Cuſani Dominus (2).

GALEOTTVS BEVILAQVA Macaſtranæ Comes, Ferrarienſis, apùd Sfortiadas ſtrenui, fidiſſimique nomen comparauit. Vt hæc Galeatius merita æqua mercede aſſequeretur, illum ſplendido Architriclini gradu, Generali Inſubrici Peditatus Pręfectura, & Malei, Giarræ, ac Cauacortæ dominijs decorauit; Quo vita functo eundem retinuit Dignitatis locum apùd Ludouicum Sfortiam, grauiſſima Mediolanenſis Imperij negotia, eius ſemper conſilio deferentem. Claruit an. 1480. (3).

BABO NALDVS à Brixichella ex bellicoſi ſpiritus inſtinctu dies ſuos militiæ conceſſit. Carolo IX. Francorum Regi operam ſtrenuam, & glorioſam præſtitit in ſubigendo Neapolitano Regno an. 1495. Eum deniquè in Gallias reuertentem Generalis Tormentorum Præfecti gradu ſubſecutus, claram in Turonibus ſtirpem propagauit (4).

ACHILLES TIBERTVS ex Dominis Montis Guidonis Cęſenatenſis multam in varijs bellis militaris artis præſtantiam nactus eſt. Copijs Principum Foroliuienſium præfuit in Guidonem Guer-

[1] *Rubeus lib. 9. pag. 680.* [2] *Creſcentius part. 1. narrat. 18.* (3) *Guarinus in Comp. Hiſtor. lib. 3. pag. 96.* (4) *Tonduc. in Hiſtor. Fauent. part. 3. pag. 546.*

ram

ram Glaceoli Comitem, quem Caſtronouo, Theodorano, Cuſerculo, & alijs montanis locis denudauit an. 1495. Meruit etiàm in caſtris Romanæ Eccleſiæ, Cęſaris Borgiæ, & Venetæ Reipublicæ non ſolùm turmarum imperia, ſed intèr primos laudem [1].

VINCENTIVS NALDVS à Brixichella, S. Michaelis Eques, nemini maiorum ceſſit rerum geſtarum claritate. Pro Venetis in Gallia Togata, & Ciſalpina, pro Gallis in Senenſi bello copiarum Præfectus pari robore, ac zelo dimicauit; Morienti autèm Ampliſſimus Venetorum Senatus in æternum eius virtutis monumentum, equeſtre Simulacrum in SS. Ioannis, & Pauli poſuit (2).

ANTONIVS CONSTABILIS Ferrarienſis, Dux egregius, & fortis Ferdinandi Neapolis Regis turmis iuſſit, & Herculis I. Ferrariæ Ducis Locumtenens Generalis Ateſtinam Ditionem à Venetis defendit: Argentę ſalutare ſubſidium tulit, Liburnos, & Dalmatas in fugam egit; A Ludouico Sfortia Mediolani Duce honoribus, & Dynaſtijs auctus eſt: Vir quidem in omnibus vitæ officijs eximius. Floruit an. 1500. [3].

MARCVS PACIVS Ariminenſis magnam in bellis eius temporis celebritatem comparauit. Sub ſignis D. Marci, & aliorum Principum generosè conflixit, Ductor, Tribunus, & Cuſtos validiſſimarum Arcium. Lemniacum enim ſeruauit, Franciſcum Mariam Mantuę Marchionem captiuum

(1) *Leo Cobellus in Chron. Forol. M.S. pag.* 291.
(2) *Petrus Bembus in Hiſtor. Venet. lib.* 7.
(3) *Guarinus in Comp. Hiſtor. pag.* 367.

fecit,

ſecit, & Patauium totius Peditatus Præfectus, à Maximiliano Cęſare recepit, ac defendit. Tandèm his, & alijs rebus geſtis clariſſimus, ad exitum peruenit an. 1510. [1].

FRANCISCVS SAXATELLVS Imolenſis fortis Sixti IV. Ductor, à quo Raggiani Ditione exornatus eſt. Dum autèm pro Venetis ſtrenuè certaret, robuſtis adhùc annis, & pollicentibus incrementa famæ, in cruentiſſimo Vicentiæ prælio glorioſiſſimè occubuit an. 1513. [2].

MALATESTA DE MALATESTIS Cęſenas, ex Comitibus Soliani, in bellis primùm Ciſalpinæ Galliæ, mox in Vicentino emicuit: In Foroiulienſi Generalis copiarum Rector aduersùs Auſtriacos: nouiſſimè in Papienſi obſidione Tormentorum Legatus, ſub Venetorum ſignis inconcuſſa conſtantia dies omnes traduxit, & clauſit an. 1528. (3).

IOANNES NALDVS Fauentinus pluribus in bellis, & pugnis ſummam bellicæ peritiæ laudem reportauit. Dum autèm Venetis copijs S. Angeli Arcem in Papienſi agro valida circum oppugnatione fatigaret, lethifero ictu vulneratus, incredibili Senatus męrore, & Italiæ luctu occubuit anno 1528. Ei propterea Patauij in Carmelitarum Templo Simulacrum decreto publico collocatum eſt [4].

ALEXANDER BELMONTIVS Ariminenſis rei militaris diſciplina ſcientiſſimus Legionum Impe-

[1] *Cęſar Clementin. in Hiſtor. Arimin. lib.* 10. *pag.* 619. (2) *Paulus Iouius in Hiſtor. ſui Tempor. lib.* 12. (3) *Sanſouin. in Famil. Illuſtr. V. Malateſt. pag.* 374. (4) *Tonduccius part.* 3. *pag.* 614.

rium

tium Franciſci Mariæ Vrbinatium Ducis meruit, in qua Generali Præfectura, poſtquàm duos annos vixiſſet ſtrenuè, & ſapientèr, morti ceſſit anno 1529. (1).

IOANNES SAXATELLVS Imolenſis fortis Equitum Iulij II. Præfectus, in cuius obſequium, & fidem Ariminum redegit. Duxit & copias pro Franciſco II. Sfortia Mediolani Duce in Alexandrina expugnatione. Patriam quaſi Princeps rexit, Oppidis Fuſiniani, Raggiani, Brixichellæ, & Coriani dominatus eſt. Tandèm vitam cum morte commutauit an. 1534. [2].

HIEREMIAS NALDVS Fauentinus Suorum exempla, ac gloriam ſequi, & imitari contendit Venetorum Tribunus, & Generalis Præfectus. In obſidione Corcyrę potiſſimùm claruit, nàm erumpens virtute magna Turcas memorabili cęde profligauit an. 1537. (3).

GVIDO VAINVS Imolenſis rei politicæ, & militaris ſcientia ſatis clarus, alis Equitum ad cuſtodiam Iulij II., & Leonis X. deſtinatorum præfuit: Pro Republica Veneta, & Florentina, Carolo V. Imperatore, & Paulo III. Pont. Max. non inglorié pugnauit, modò copiarum, modò Equitatus leuis armaturæ Prętectus. Patriæ tenuit Primatum, & Fuſiniani Dynaſtia potitus eſt. Demùm apùd poſteros memorandus occubuit anno 1544. (4).

[1] *Creſcentius part. 1. narrat. 7. cap. 3.* (2) *Albertus in Deſcript. Ital. Reg. 14. V. Imol.* (3) *Marcus Guazzius in Hiſtor. pag. 170.* (4) *Albert. in Deſcript. Ital. Reg. 14. V. Imol.*

GVIDO

GVIDO NALDVS Fauentinus belli gradibus, & rerum celebritate eluxit an. preſertìm 1544. Pro Venetis peditum Generali Præfectura in Cypri Regno, pro Paulo IV. Rom. Pontifice tormentorum bellicorum imperio functus eſt [1].

HIERONYMVS PEPPVLVS Bononienſis, Caſtilionis Comes cum martialem calleret artem, Veronæ, Vicentiæ, & Brixiæ ſelectorum militum Generalem ductum meruit. Caſtrenſem quęſturam apud Ioannem Mediceum Flaminiæ Legatum geſſit; Subſidiarium equitatum in Tuſcia direxit; Sub Strigonio in Hungaria generosè pugnauit. Demùm Cęſarei Comiſſarij Dignitate intèr Italos adauctus, & ornatus, à viuis exceſſit an. 1551. (2).

LVDOVICVS RASPONVS Rauennas in Italicis, exteriſque bellis ſtrenui, ac veterani Ducis laudem comparauit: In Mirandulano Pontificij exercitus Legatus: In Senenſi, & Romano, equitatus Præfectus: Tandèm militari gloria plenus diem obijt poſtremum an. 1557. (3).

LEONIDAS MALATESTA Cęſenatenſis ex Comitibus Soliani à Maiorum ſtrenuitate non degener, pro Coſmo Florentiæ Duce in bello Senarum claruit; Montis Ilcinij, & Vallis Glauium militarem Præfecturam ſuſtinuit; Ad Truentum amnem pro Paulo IV. honeſtiſſimes gradus adeptus eſt. Demùm illuſtri fama ſibi clariſſimis geſtis procurata, naturæ conceſſit an. 1557. [4].

(1) *Tonduccius part. 4. pag. 624.* [2] *Creſcentius part. 1. narrat. 19. cap. 4.* (3) *Rubeus lib. 9. pag. 723.* (4) *Sanſouin. in Famil. Illuſtr. pag. 375. V. Malateſt.*

IOAN-

IOANNES BAPTISTA BONGIOVANNVS Rauenas, bellicę rei ſcientia conſpicuus ſub ſignis Reipublicæ Venetæ, & Franciſci Galliarum Regis conflixit egregiè. Præfuit, & profuit Taruiſio, ac Corcyrę. Generalis Claſſis Venetorum Legatus Nauplio à Turcis oppugnato ſalutarem opem attulit. Tandèm ab humanis glorioſus migrauit an. 1560. (1).

IVSTINIANVS SEVEROLVS Fauentinus intèr arma adoleuit, & ſenuit. Fuit in Piceno, & Auenionenſi Ditione Copiarum Præfectus, & Generalis Arcium Romanæ Eccleſiæ Inuiſor. In bello Senarum, & in Narbonenſi Gallia aduersùs Hugonottas præliatus eſt acerrimè, & ingens gloriæ incrementum repórtauit an. 1569. [2].

IACOBVS MALATESTA Cęſenas, Marchio Roncofrigidi militarem vitam duxit; Locumtenens Plumbino, deindè maritimæ Regioni Senarum præfuit. Iluam, & Melitam Inſulas à Turcarum impreſſionibus defendit: Scarlinum expugnauit: Pauli IV. in Hiſpanos ſtipendia accepit: Prætorianis militibus Pij IV. Præfectus, & Ciuitatibus ſecùs mare poſitis datus eſt Cuſtos. In Cypri Regno pro Venetis Gubernator, & in Epiro Generalis Copiarum, nominis claritatem, cui ſemper inhiauit, augere contendit (3).

ALEXANDER LIGNANVS Bononienſis, Valliſnucis Comes intèr Hungaros, Gallos, & Dalmatas laudem eximij Ductoris meruit. Fuit Tormentorum Pontificiæ Ditionis Legatus, Equitatus Ge-

[1] *Rubeus lib. 9. pag.* 701. (2) *Tonduccius part.* 4. *pag.* 645. [3] *Sanſouin. in Famil. Illuſtr. pag.* 375. *V. Malateſt.*

S neralis

neralis Magiſter, Copiarum Piceni, & Flaminiæ Rector, Tribunus, & Caſtrorum Præfectus in Comitatu Auenionis; demùm Mareſchallus, & Chiliarcha Italæ militiæ ordinarius pro Rodulpho Imperatore, omnia pari fide, ac virtute munera obiuit, ac clauſit (1).

ALEXANDER ZAMBECCARIVS Bononienſis cum belli diſciplinam intèr exteras Nationes egregiè didiciſſet, ad claras Præfecturas euectus eſt. Fuit enim Caſtrorum in Piceno Magiſter, in Brutijs ſex millia peditum, & quatuor millia equitum Generalis Locumtenens; Tormentorum Rom: Eccleſiæ Legatus; Armorum Veronæ, Taruiſij, & Corcyræ Ductor. Tandèm dies ſuos impleuit an. 1571. [2].

FRANCISCVS VILLA Ferrarienſis, Vir fortis, ac ſtrenuus in Gallico exercitu Caſtrorum Pręfectus, in Subalpina Regione Locumtenens Generalis, ab Henrico Chriſtianiſſimo Rege merita geſtarum rerum intuente, non ſolùm præcipuos militiæ gradus, ſed Dynaſtias reportauit. Obijt an. 1572. (3).

CORNELIVS II. BENTIVOLVS Ferrarienſis, Gualterij Marchio, & S. Michaelis Eques, diù intèr bella verſatus eſt gloriosè. Parmam à Cęſareo exercitu defendit; in Senenſi dimicatione Petri Strozzæ, Franciæ Mareſchalli, vices geſſit; In Montis Ilcinij expeditione Senenſibus copijs imperauit; in Neapolitana autèm Tormentorum Legatus emicuit. Demùm Generalis Eſtenſium Præfectus pro

(1) *Dulphius in Chronol. Famil. Bonon. pag.* 457. (2) *Idem pag.* 727. [3] *Guarin. in Compen. Hiſtor. lib.* 3. *pag.* 266.

Alphonſo.

Alphonſo II. Ferrariæ Duce, exactà in armis vita, requieuit an. 1585. [1].

PYRRVS MALVETIVS Bononienſis, Marchio Caſtri Guelphi, & S. Poli, rei militaris ſcientia peritiſſimus, pro Pio IV. in Hugonottas inuictè conflixit; Pro Philippo II. Hiſpaniarũ Rege in Hæreticos Gebennenſes non minori gloria peditatus Præfectus; Pro Gregorio XIII. in Auenionenſi Dominio copijs omnibus præfuit. Tandèm bellicoſos dies terminauit an. 1603. [2].

HIPPOLYTVS BENTIVOLVS Ferrarienſis, Gualterij Marchio, Patriam Producis titulo, ac dignitate rexit, mox intèr Luſitanos, & Belgas militarem gloriam conquiſiuit. Poſt belli Præfecturas foris geſtas, domi præfuit peditatui vniuerſo Alphonſi II. Ferrariæ Ducis, mòx Cęſaris Mutinæ, ac Regij, quibus vìm in Lucenſes fecit, & eiſdem eripuit validam Caſtillionis Arcem (3).

FRANCISCVS VILLA iunior Ferrarienſis, Vulpiani Marchio, & SS. Anunciationis Eques, cum martiali ſtudio teneretur, pro Sabaudiæ Duce fortitudinem ſuam in Gebennenſes expertus eſt, Tormentorum, & Equitatus Generalis Præfectus. Pro Paulo V. & Vrbano VIII. Pont. Maximis eadem munera, & honores exercuit, in quibus generoſę curriculum vitæ perfecit (4).

CORNELIVS MALVASIA Bononienſis, politioris humanitatis, & Matheſéos cognitione præſtans,

(1) *Guarin. in Comp. Hiſtor. lib. 3. pag. 158.* [2] *Dulphius in Chronol. pag. 503.* (3) *Guarin. in Comp. lib. 3. pag. 159.* [4] *Borſettus in Supplem. ad Comp. Guarin. pag. 75.*

Pontificiæ cuſtodię ſub Vrbano VIII. Pręfectus; pro Franciſco Mutinenſium Duce Tormentorum belli Legatus, ac pro Ludouico Francorum Rege, Generalis Locumtenens, parem ex vtriſque tùm belli, tùm pacis ornamentis laudem lucrifecit [1].

GVIDO VILLA Ferrarienſis, Vulpiani Marchio, & SS. Añunciationis Eques, bellicam ſub varijs Principibus tranſegit vitam, Allobrogum Ducis Equitatum duxit, à Galliarum Rege Mareſcallus Campi dictus eſt, cuius etiam vices in regio Spiritus Sancti Ordine obire promeruit. Fuit & Locumtenens Generalis Pontificij exercitus ſub Vrbano VIII.; quieſcente autèm Marte ad priſtinos gradus redijt, ac ſub Cremona tandèm occubuit fortiſſimè anno 1648. [2].

ALOYSIVS FERDINANDVS MARSILIVS Bononienſis præcipuis honoribus militiæ perfunctus, diù in Hungaria, & Germania pro Leopoldo Cęſare præliatus eſt; demùm pro Clemente XI. Pont. Max. ſummus Rom. Eccleſiæ Copiarum Præfectus an. 1700. Cùm verò non ſolùm ad bellicam, ſed ad literariam adſpiret gloriam, inſignem in Patria Bibliothecam raris M.SS. locupletatam publicæ vtilitati reſerauit (3).

[1] *Peregr. Orland. in Not. Scrip. Bonon. pag. 94.* (2) *Burſettus in Supplem. ad Comp. Guarin. pag. 76.* (3) *Peregrin. Orland. pag. 200.*

FINIS.

Iuſſu

IVſſu Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. D. Thomæ Torelli Epiſcopi Foroliuien., & Solio Pontificio Aſſiſtentis diligentèr per me inſpecto iuxtà regulas Indicis Libro, quem elucubrauit præclarus Genere, & humanioribus literis D. Eques Georgius Viuianus Marcheſius, & cui titulus eſt - *Monumenta Virorum Illuſtrium Galliæ Togatæ &c.*, eundem Librum imprimi poſſe dijudico. Dat. Forol. die 26. Iulij 1727.

Marcus Antonius Albicinus I. V. D., & Patricius Foroliuienſis.

Attenta Atteſtatione prędicta Imprimatur

THOMAS EPISCOPVS FOROLIVIENSIS.

EX comiſſione Adm. Reu. P. Vicarij S. Officij Foroliuij attentè perlegi Opus inſcriptum *Georgij Viuiani Marcheſij &c. Monumenta Virorum Illuſtrium Galliæ Togatæ &c.* quod cum nec Catholicæ Fidei, nec bonis moribus aduerſetur, ſed eruditionem redoleat non vulgarem, typis digniſſimum cenſeo.

Foroliuij hac die 20. Auguſti 1727.

Io: Baptiſta Zampiga Presbyter Oratorij S. Philippi.

Attenta relata Atteſtatione

Fr. Iulius Vincentius Mancinus Firminus Sacr. Theolog. Lector, & Vicarius S. Officij Foroliuij. Imprimatur.

Proteſtatio Auctoris.

QVę in huiuſce Operis initio, Vrbani VIII. Pont. Max. Decreto obtemperans Auctor proteſtatus fuit, eadem & in fine venerabundus proteſtatur.

Pagina

Pagina	*Linea*	*Errata*	*Corrige*
12.	4.	Forocornelius	Forocornelienſis
13.	22.	Vrſicius	Vrſicinus
20.	9.	viuendi	videndi
22.	23.	Patriæ	& Patriæ
25.	23.	nonus	nouus
30.	20.	Ioannes	Franciſcus
36.	23.	S. Helena	B. Helena
44.	4.	1444.	1144.
44.	17.	Heldebrandus	Hildebrandus
44.	26.	ſui Cardinalatus	Cardinalatus
45.	28.	Inſolanus	Inſulanus
47.	27.	negotia	negocia
56.	10.	Viuiani	Vianini
56.	11.	geſſerit	geſſiſſet
58.	27.	1486.	1686.
61.	9.	intentione	intenſione
83.	6.	ceſſit	exceſſit
83.	20.	mediceę	medicę
87.	10.	Protheorica Medica	Protheoricam Medicam
88.	3.	Aſtromicarum	Aſtronomicarum
91.	10.	1525.	1725.
117.	23.	deceſſit	diſceſſit
123.	22.	2534.	1534.
126.	21.	profitetur	profiteretur
131.	9.	Regentem	Regnantem
131.	7.	Doctores	Ductores

INDEX

2234505

LIB. I.
DE SANCTIS
CAPVT I.

pag. 7.
Geruaſius, & Prothaſius
Ruffus Rauennas
Vitalis, & Agricola
Criſpinus, & Socij
Proculus Rauennas

pag. 8.
Fuſca, & Maura
Proculus Bononienſis
Ægeus, & Socij
Valentinus, & Socij
Illuminata Rauennas

pag. 9.
Seuerus Rauennas
Victor, & Corona
Innocentia Ariminenſis
Iouentinus, & Socij
Theodorus, & Marina
Venereus, & Lanfrancus

pag. 10.
Nicander, & Socij
Edyſius Rauennas
Felicianus, & Victorinus
Valentinus, & Socij
Vincentia, & Innocentia

pag. 11.
Eraclianus Rauennas
Seuerus Rauennas
Iuliana de Bancis
Sulpicius Rauennas

pag. 12.
Petrus Chryſologus
Donatus Forocornelienſis
Placidia Rauennas
Seuerinus Rauennas

pag. 13.
Proiectus Forocornelienſis
Olybrius Rauennas
Petrus Rauennas
Eccleſius de Præfectis
Vrſicinus Rauennas
Seuerus de Præfectis

pag. 14.
Terentius Imolenſis
Caſſiodorus Rauennas
Agnellus Rauennas
Leo Rauennas
Ioannes, & Benedictus

pag. 15.
Romoaldus de Ducibus
Bononius Bononienſis
Guido Strambatius
Petrus Damianus

pag. 16.
Ioannes Rauennas
Aldobrandus Faberius
Guarinus Fuſcararius

pag. 17.
Albertus Bononienſis
Ludouicus Caccianemicus
Patritius Bononienſis
Neuolonus Fauentinus
Humilitasde Neguſantib⁹.

pag.

pag. 18.
Marghbarita Fauentina
Bomercatus Ferrarienſis
Catharina de Vegris

DE BEATIS
CAPVT II.

pag. 19.
Incognitus Rauennas
Marinus Rauennas
Sergius de Ducibus
Teuſo Ceſenas
pag. 20.
Oſanna Ariminenſis
Arduinus Ariminenſis
Ioanna de Balneo
Petrus de Honeſtis
Rodulphus Rauennas
pag. 21.
Amatus de Modeſtis
Clarus Seſtius
Reginaldus Fauentinus
Nicolaus de Peppulis
pag. 22.
Thomas Fuſchinus
Dialta de Andalois
Iulianus Fauentinus
Ioannes Rauennas
Iacobus Boncambius
Antonius Rauennas
pag. 23.
Rodulphus Fauentinus
Lucia de Stifonte
Bonapartes Ghiſlerius
Laurentius Fauentinus
Petrus Fauentinus
pag. 24.
Beatrix Eſtenſis
Angelus Ferrarienſis
Chriſtoph. à Portu Ceſen.
Matthæus Fauentinus
Gratianus è Flaminia
pag. 25.
Ioannes Fauentinus
Ioannes Guerulius
Petrus Imolenſis
Bartholomeus Paruus
pag. 26.
Bartholomeus Ceſenas
Franciſcus Saxolus
Imelda Lambertina
Homobonus Bononienſis
Guido Spada
Gregorius Cellus
pag. 27.
Clara de Agolantibus
Ioannes Ratta
Gregorius Tortoruccius
Sacramorus de Sacramor.
Bonauita de Lugo
pag. 28.
Bartholomæus Beroaldus
Nicolaus Rauennas
Ioannes Lana
Perpetua de Sardis
Rengarda ab Armis
pag. 29.
Andreas Bouius
Blunda de Fuſcis

Vrſula Lazzaria
Periteus Maluetius
Galeottus Malateſta
Æneas Fauentinus
pag. 30.
Ambroſius Trauerſarius
Beltramus Ferrarienſis
Franciſcus Platea
Nicolaus Albergatus
pag. 31.
Stephanus a Bononia
Ioannes de Tauellis
Paula Malateſta
Bartholomęus de Cęſena
Gaſpar Sighicellus
pag. 32.
Nicolaus Bologninus
Corradinus Areoſtus
Marcus Elephantuccius
Antonius Bonfadinus
Iacobus Philip. Bertonius
pag. 33.
Donatus Braſauolus
Ioanna de Lambertinis
Paula de Mezzauacchis
Marianus à Lugo
Andreas Ronchius
pag. 34.
Marcus Ferrarienſis
Beatrix Ferrarienſis
Margharita de Mollis
Dorothea Ferrarienſis
Cęcilia de Beccarijs
Euſtochia Mercatella
pag. 35.
Paula Spezzana
Cęcilia II. Ferrarienſis
Veronica Ferrarienſis
Conſtantia Ferrarienſis
Ioanna Ferrarienſis
pag. 36.
Angela de Corregiarijs
Simon Ballachius
Homodeus Ariminenſis
Helena Dugliola
Gentilis de Iuſtis
pag. 37.
Albertus Marcheſius
Bartholomęus Rondininus
Raphaella Fauentina
pag. 38.
Philippus Vrbinus
DE PONT. MAX.
CAPVT. III.
pag. 39.
Honorius II.
Lucius II.
Alexander V.
pag. 40.
S. Pius V.
Gregorius XIII.
pag. 41.
Innocentius IX.
Gregorius XV.
DE S. R. E. CARDIN.
CAPVT IV.
pag. 42.
Arator Rauennas

Vbertus Belmontius
Damianus Rauennas
Gebizzo Cęſenas
pag. 43.
Ioannes de Bononia
Vbertus de Ratta
Petrus Gariſendus
Hugo Hieremeus
Vbaldus Peppulus
pag. 44.
Vbaldus Caccianemicus
Raynerius Mareſcottus
Hugo Miſſarus
Heldebrandus Graſſius
Lesbius Graſſius
pag. 45.
Victor. Maluetius
Goctius de Battaglijs
Bartholom. Mezzauacca
Ioannes de Picciolpaſſis
Iacobus Inſulanus
pag. 46.
Bartholomęus Rouerella
Hippolytus Eſtenſis
Franciſcus Alidoſius
pag. 47.
Achilles Graſſius
Laurentius Campeggius
Rodulphus Pius
pag. 48.
Hippolytus Eſtenſis
Alexander Campeggius
Ioannes Poggius
Hieronymus Dandinus
pag. 49.
Philibertus Naldus
Aloyſius Eſtenſis
Gabriel Paleottus
Carolus Graſſius
pag. 50.
Philippus Boncompagnus
Philippus Vuaſtauillanus
Alexander Riarius
Iulius Cananius
pag. 51.
Albertus Bolognettus
Guido Peppulus
Philippus Sega
Antonius Fachinettus
Laurentius Blanchettus
pag. 52.
Bonifacius Beuilaqua
Alexander Eſtenſis
Dominicus Gymnaſius
Hieronymus Aguccius
pag. 53.
Carolus Emanuel Pius
Michael Angelus Tontus
Auguſtinus Galaminus
Guido Bentiuolus
pag. 54.
Ludouicus Ludouiſius
Franciſcus Sacratus
Franciſcus Boncompagnus
M. Antonius Gozzadenus
pag. 55.
Bernardinus Spada
Berlingerius Gypſius

Io: Franciſ. ex Co: Guidis
Vldericus Carpineus
Auguſtinus Oreggius
pag. 56.
Ceſar Fachinettus
Carolus Roſettus
Pau. Æmilius Rondininus
Nicolaus Albergatus
pag. 57.
Iacobus Corradus
Franciſcus Albiccus
Carolus Pius
Nicolaus ex Co: Guidis
pag. 58.
Ceſar Raſponus
Gaſpar Carpineus
Fabritius Spada
Angelus Rainutius
pag. 59.
Ant. Sebaſtianus Tanara
Alexander Caprara
Vlyſ. Ioſeph Gozzadenus
Io: Antonius Dauia
Cornelius Bentiuolus
pag. 60.

LIB. II.

DE THEOLOGIS

CAPVT. I.

Armandus de Bellouiſo
Gherardus à Bononia
Ægidius Galutius
pag. 61.
Gregorius de Arimino
Michael à Ceſena
Hieronymus Sauonarola
pag. 62.
Philippus Porcatius
Raynaldus Gratianus
Io: Maria Verratus
Franciſcus Viſdominus
pag. 63.
Auguſtinus Righinus
Ægidius Fuſcararius
pag. 64.
Io: Baptiſta Rubeus
Octauianus Strambiagus
Euſtachius Dalei
pag. 65.
Franciſcus Diotaleuius
Philippus de Fabris
Hieronymus Dandinus
pag. 66.
Seraphinus Capponius
Modeſtus Gauatius
Vinc. Ludouicus Gottus
pag. 67.

DE IVRIS CONSVLT.

CAPVT II.

Bulgarus de Bulgaris
Azzo Portius
Franciſcus Accurſius
Ioannes Auguſellus
pag. 68.
Lambertinus Ramponius
Fredericus de Scalis
Paulus Eleazarius
Iacobus Butrigarius
Ioannes Andreas
pag. 69.

pag. 69.
Gaſpar Calderinus
Ioannes Calderinus
Ioannes Lignanus
pag. 70.
Antonius à Butrio
Bartholomęus Salicetus
Matthæus Matteſyllanius
Petrus Ancaranus
pag. 71.
Ioannes Nicolettus
Andreas Barbatia
Alexander Tartagnus
Felinus Sandęus
pag. 72.
Io: Maria Riminaldus
Vincentius Paleottus
Petrus Thomasius
pag. 73.
Ioannes Campeggius
Petrus Andreas Gam̃arus
Hercules Seuerolus
Auguſtinus Berous
pag. 74.
Octauianus Veſtrius
Iac. Philippus Portius
Sebaſtianus Vantius
Hippolytus Riminaldus
Bartholomæus Vgolinus
pag. 75.
Io: Baptiſta Laderchius
Hieronymus Buccaferreus
Vincentius Vgolinus
Io: Baptiſta Fenzonius
pag. 76.
M. Antonius Sabellus
Dominicus de Zaulis

DE PHILOSOPHIS
CAPVT III.

Bombologninus à Gabiano
pag. 77.
Guido Guetius
Vrbanus à Bononia
Nicolaus Faba
Tiberius Bacilerius
pag. 78.
Franciſcus de Silueſtris
Antonius Beccarius
Ladouicus Buccaferreus
pag. 79.
Iulius Caſtellanus
Iacobus Mazzonius
Antonius Montecatinus
pag. 80.
Vlyſſes Aldrouandus
Gregorius Zucculus
pag. 81.
Cęſar Lippius
Iul. Cęſar Bagnolus
Thomas Gianninus
Io: Paulus Palanterius
pag. 82.
Carolus Montecucculus
Angelus Iulianus
Bartholomęus Maſtrius
pag. 83.

DE MEDICIS
CAPVT IV.

Mundinus

Mundinus Luzzius
Petrus à Tauxiniano
Bauerta de Bonettis
Leonellus Victorius
Antonius Cittadinus
pag. 84.
Menghus Blanchellus
Benedictus Victorius
Ioannes Maynardus
Antonius Braſauolus
pag. 85.
Thomas Philologus
Ioannes Zecchius
pag. 86.
Nicolaus Maſinius
Vincentius Montecaluus
Io: Baptiſta Corteſius
Marcellus Malpighius
pag. 87.
Dominicus Guilielminus
Io: Hieronymus Sbaralea

DE MATHEMATICIS CAPVT. V.

Ioannes Blanchinus
pag. 88.
Antiocus Tibertus
Dominicus Paganellus
Hercules Butrigarius
Ceſar Marſilius
pag. 89.
Pet. Antonius Cataldus
Io: Euangel. Torricellus
Io: Baptiſta Ricciolus
pag. 90.
Ouidius Montalbanus
Petrus Mengolus
Marcus Bettinus
pag. 91.
Euſtachius Manfredus

DE HISTORICIS CAPVT VI.

Guido Rauennas
Deſiderius Spretus
Peregrinus Priſcianus
pag. 92.
Io: Baptiſta Pigna
Ioannes Garzonius
Io: Antonius Flaminius
pag. 93.
Achilles Bocchius
Leander Albertus
Io: Petrus Ferretius
pag. 94.
Gaſpar Sardus
Vincentius Carrarius
Carolus Sigonius
pag. 95.
Petrus Rodulphius
Hieronymus Rubeus
Daniel Bartholus
pag. 96.

DE ORATORIBVS CAPVT VII.

Aſpaſius Rauennas
Ioannes Rauennas
Guarinus de Guarinis
pag. 97.
Baptiſta Guarinus
Philippus

Philippus Beroaldus
Cęlius Calcagninus
pag. 98.
Nicolaus Ferrettus
Iulius Ferrettus
Albertus Lolius
pag. 99.
Ludouicus Beccatellus
Paulus Sacratus
Marcellus Veſtrius
Hieronymus Palanterius
pag. 100.
Io: Baptiſta Aguccius
DE POETIS
CAPVT VIII.
Plautus Sarſinatenſis
pag. 101.
Benuenutus Rambaldus
Tit. Veſpaſian. Strozzius
Hercules Strozzius
Philippus II. Beroaldus
Antonius Thibaldeus
pag. 102.
Ludouicus Areoſtus
Io: Aurelius Augurellus
M. Antonius Flaminius
Hercules Bentiuolus
pag. 103.
Io: Baptiſta Gyraldus
Oratius Areoſtus
Mutius Manfredus
Baptiſta Guarinus
pag. 104.
Alexander Maggius
Rodulphus Campeggius
Hieronym. de Presbyteris
Ioannes Capponius
Claudius Achillinus
pag. 105.
Franciſcus Bernius
Malateſta Strinatus
Io: Ioſeph Vrſius
pag. 106.
LIB. III.
DE CÆSARIBVS
CAPVT I.
L. Ælius Verus
L. Aurelius Verus
pag. 107.
Valentinianus III.
Glycerius Rauennas
pag. 108.
DE EXERCITVVM
IMPERATORIBVS
CAPVT II.
Io: Georgius Tibertus
Vgolinus Campeggius
pag. 109.
Paulus Trauerſarius
Salinguerra Taurellus
Opizo VI. Eſtenſis
Iulianus Maluetius
pag. 110.
Opizo VII. Eſtenſis
Thomas Obicius
Malateſta II. de Malateſt.
pag. 111.
Malateſt. III. de Malateſt.

Pandul.

Pandulphus I. Malateſta
Galeatius Peppulus
Galeottus Malateſta
pag. 112.
Nicolaus II. Eſtenſis
Andreas Malateſta
Ioannes Veſtrius
pag. 113.
Ioannes I. Bentiuolus
Albericus Veſtrius
Aſtorgius Manfredus
pag. 114.
Martinus Bernabuccius
Ioannes Herculanus
Franciſcus Oliua
Luodouicus Alidoſius
pag. 115.
Sfortia Attendolus
Nannes Strozzius
Pandulphus Malateſta
pag. 116.
Carolus Malateſta
Nicolaus III. Eſtenſis
pag. 117.
Guido Ant. Manfredus
Vgutio Contrarius
Thaddæus Eſtenſis
pag. 118.
Michelottus Attendolus
Ludouicus Maluetius
Bertoldus Eſtenſis
pag. 119.
Franciſcus Sfortia
Chriſtin. Fran. Beuilaqua
Aſtorgius Manfredus
pag. 120.
Sigiſmundus Malateſta
Burſus Eſtenſis
Robertus Malateſta
pag. 121.
Gurlottus Tombeſius
Hercules I. Eſtenſis
Ioannes II. Bentiuolus
pag. 122.
Dioniſius Naldus
Lutius Maluetius
Hugo Peppulus
pag. 123.
Alphonſus I. Eſtenſis
Thaddæus Vulpius
pag. 124.
Hannibal II. Bentiuolus
Ghiron Franc. Villa
Æneas Caprara
pag. 125.

DE DVCTORIBVS CAPVT III.

Vldericus Carpineus
Belmontes Belmontius
Ambronus Belmontius
pag. 126.
Lippus Seuerolus
Vgo Rambertus
Vgolinus Bandus
Guillelmus Belmontius
pag. 127.
Petrus Belmontius
Draco Belmontius

Guido

Guido Polentanus
Aloyſius Belmontius
Lelius Turchius
pag. 128.
Riccardus Manfredus
Beltramus Alidoſius
Draco Conſtabilis
Ioannes Peppulus
Guido Alidoſius
pag. 129.
Azzo Alidoſius
Æganus Lambertinus
Fabius Peppulus
Lancilottus Conſtabilis
pag. 130.
Marcus Attendolus
Nannes Gozzadenus
Fuſchinus Attendolus
pag. 131.
Boldrinus à Fauentia
Oprzo Polentanus
Alexander Attendolus
Martius Scariottus
Iacobus Vainus
pag. 132.
Pet. Antonius Attendolus
Galeottus Beuilaqua
Babo Naldus
Achilles Tibertus
pag. 133.
Vincentius Naldus
Antonius Conſtabilis
Marcus Pacius
pag. 134.
Franciſcus Saxatellus
Malateſta de Malateſtis
Ioannes Naldus
Alexander Belmontius
pag. 135.
Ioannes Saxatellus
Hieremias Naldus
Guido Vainus
pag. 136.
Guido Naldus
Hieronymus Peppulus
Ludouicus Raſponus
Leonidas Malateſta
pag. 137.
Io: Baptiſta Bongiouannus
Iuſtinianus Seuerolus
Iacobus Malateſta
Alexander Lignanus
pag. 138.
Alexander Zambeccarius
Franciſcus Villa
Cornelius II. Bentiuolus
pag. 139.
Pyrrus Maluetius
Hippolytus Bentiuolus
Franciſcus Villa
Cornelius Maluaſia
pag. 140.
Guido Villa
Aloyſius Marſilius

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google